

11

1698

Francisco Fortunato

Consilium montis pietatis a fratre Fortunato perusino editum.
Appologia fratris Ludouici de la ture cōtra cuiusdam inuectiuā.
Confutatio questiuncule contra montem pietatis frtris Philippi
de rotingo.



In nomine domini Amen.
 Nec est copia siue transumptus
 cuiusdā cōsiliū editi super Mon
 te pietatis 7 prestiti pauperum:
 cum subscriptionibus multorum
 famosissimorum theologorum 7
 doctorum iuriscanonicū 7 ciuilis.
 cuius quidem cōsiliū cum sub
 scriptionibus tenor de verbo ad
 verbū sequit. 7 ē ifrascript⁹: v3.
 Cōsiliū Montis pietatis edi
 tū a doctissimo 7 venerādo patre
 .S. fortunato perusino ordinis.
 minorum obseruantie.

Ductus talis est. Ciuitas flo
 rentina vt charitatez faceret
 egenis christocolis: 7 ad effu
 gandam voraginem vsq; he
 braicarū: posuit in manibus
 cuiusdam depositarij sex milia ducatorum
 vel circa. vt ille talis teneatur mutuare ege
 nis pro termino anni vsq; ad sex ducatos
 7 non vltra pro qualibet vice: cui receptio
 ne tamen pignorum. Ad quorum guberna
 tionem deputauit quendam alium fidū mer
 catorem. Qui quidem depositarius 7 con
 seruator pignorum vel massarius necessa
 rio habeāt scribere mutuationes singulas
 in libris eorum: plures facere apodixas con
 seruare pignora: habere pro hoc opere do
 mum conductā: 7 alia instrumenta ad hoc
 necessaria ponere industriam: laborem: pi
 terq; teneri de periculo 7 deterioratione: si
 hoc eorum eueniret culpa: facere fieri bāni
 menta plura: 7 venditiones pignorum: si fi
 nito anno nō reuerentur. Et ipsa luitione
 vel venditione facta: ciuitas nihil aliud in
 tendit rehabere nec effectualiter rehabz: ni
 si solam sortem mutuata. Ipsis autem of
 ficialibus: q; conueniens est ratione locatio
 nis operarum 7 industrie periculi laborum
 pensionis domus. 7c. vt recipiāt conuenien

tem mercedem 7 non excedant: limitauit of
 ficiū salarium puta. 100. ducatorum. Quod
 tamen sic extrahi 7 hauriri debere decreuit
 v3. q; declarauit q; dicti officiales non pos
 sint accipere pro singulo ducato vltra vnū
 quatenum pro quolibet mense. Qui qua
 trenum simul collecti in fine anni vsq; ad cir
 ca dictam summam. 100. ducatorum verifi
 militer possunt ascendere. Verum q; de fu
 turis contingentibus non potest dari certa
 ratio nec quantitas: q; si multi erunt peten
 tes mutuū: multi etiam erunt quateni. Si
 pauci: pauci ēt ipsi quateni inueniētur. De
 clarauit q; si in fine anni inuenientur pūcta
 liter. 100. bene quidem. Si vero minus pu
 ta. 90. tunc illi. 10. que istis officialibus defi
 cient: supplebunt de introitibus sequentis
 anni. Si autem vltra forent: puta. 110. Tunc
 fecit fieri bānimenta plura: q; ille mutuata
 rius qui intenderet aliquam excrecentem
 rehabere portionem sibi tangentem: teneat
 tur protestari post acceptionem mutui sal
 tem infra. xv. dies: q; mutuū recipit ani
 mo rehabendi talem portionem quantum
 cūq; paruula foret. Si autem non protestabi
 tur. ex nunc prout ex tunc intelligatur vnus
 quisq; mutuataris per presens bānimen
 tum plures replicatus esse volens: ymo mā
 dare ipsis officialibus q; amore dei pro ani
 ma sua: ac suorum mortuorum: illam puulā
 quantitatem errogent pauperibus 7 in pi
 os vsus conuertant. de consensu duorum sa
 cerdotum vel religiosorum: vel aliorum qui
 bus fama testimonium perhibeat. Adodo
 queritur. An dicta ciuitas aliquo modo pec
 cet: Cum nihil penitus accipiat nisi suam
 quantitatem mutuata: vel illi officiales qui
 vltra non recipiunt: nisi salarium pro loca
 tione suarum operarum cum si aliquid pe
 nes ipsos est: est penes ipsos tanq; procu
 ratores ad fideliter errogandum: vel prote
 stantibus reddendum.

Via talis dubij declaratio
 vtilissima salubris 7 necessa
 ria est. Ideo pro eius dilucida
 tione aduertendum: q; ex di
 cto pūcto 7 themate supranar
 rato q̄ttuor errorū vident cōtractus: quoz
 notitia necessaria est. nisi enim ipsorum con



tractus notio habeatur: qui sunt quasi fun-
damenta et origines discussionis ac deter-
minationis quid iustum et quid iniustum
quis consequatur ex commutativa iusticia
perfecte directio conscientie haberi non potest.
Quia sine fundamento edificium non subsistit
sic subsistentia rami non datur sine radice: ut
p3 l.c. cum paulus. i. q. i. et in. c. veniens d. cle. non
habetur. unde dicebat Augustinus theologus
ciprianus. non sine sole radius. non sine fonte
riuuus. non sine radice ramusculus erit. nec
sine peccato infernus. In acquirendis. n. diuis
ex commutativa iusticia contractus et pacta sunt
radicalia fundamenta ut p3 in. l. traditionibus
C. de pac. cuz si. Qui quidem contractus ex pu-
cto collecti: talia sortiri videntur noia. et sic
effectualiter celebrari. Quia primo inif con-
tractus mutui. secundo contractus pignoris. ter-
tio contractus locationis seu contractus inno-
minatus. Facto ut des. quarto et ultimo con-
tractus mandati. primi duo. s. contractus mu-
tui et pignoris celebrantur inter comitatem et par-
ticulares mutuatarios seu pignozantes me-
diatibus istis officialibus qui nomine comita-
tis mutuam et recipiunt pignora. Quia ille vi-
detur facere contractum cuius noie contrahit:
ut in regula qui per alium. de reg. iur. li. vi. fac.
c. mulieres de sen. exco. et c. primu. de offi. de
leg. Reliqui vero duo. s. contractus locatio-
nis et mandati celebrantur inter ipsos mutua-
tarios et illos officiales ad eorum comodum
et incomodum et sic ab ipsis officialibus non
nomine comitatis: sed ut a priuatis personis.
Quod p3 ex hoc: quod ad danum et periculum ipo-
rum est si pignora pdantur seu deterioran-
tur et etiam salariu quod tribuitur datur pro ipo-
rum labore adeo quod si ipsi officiales a pricu-
laribus mutuataris non reciperent eorum da-
num esset et non comitatis. Et non inconuenit quod
vna et eadem persona substantialiter diuersis re-
spectibus reputet diuersa. et vice duarum te-
neat ut p3 ero. xxvi. de angelo qui missus a
deo vocauit se deum et in sua propria vocat se
creaturam: ut p3 apoc. vlt. qui eum volebat Jo-
annes adorare dixit. Vide ne feceris conser-
uus et frater tuus sum. Ita et io. i. Joannes di-
xit se non esse helyas quoniam est substantialiter:
Et christus appellauit eum helyam quoniam ad
officiu. Quia sicut helyas venit quoniam ad vir-

tutem prius: ut precursor primi aduentus domini
sic helyas erit precursor secundi aduentus vn-
de non inconuenit quod diuersa censeat persona quam
mutuat et recipit pignus: quod tunc represen-
tat comitatem et diuersa quam recipit pro salario
parum illam pecuniam. Unde ex se patet cau-
sis recipiunt isti pecuniam mutuata: quod hoc
noie comitatis faciunt et ex alia causa illos quare
nos quod ratione laboris periculi et industrie et sic
ex contractu locationis. Unde cum ex diuer-
sis causis iste receptiones fiat de vna in re-
liqua non fit illatio ut dicitur in. l. naturali-
ter. §. nihil. c. de. ff. de acquir. pos. et in. l. cum
actum. ff. de nego. gest. Nam contractus isti su-
pranominati liciti sunt deus domino iure pater
et humano si in eis seruetur iusticia comu-
tativa que in his equaliter debet seruari: ut
p3 p. scutum Tho. fa. q. lxxvii. Sed particula-
riter et distincte demonstrat de mutuo in mat.
v. volenti a te mutuari ne aueraris. Et lu. vi.
Mutuum date nihil inde sperantes. Appro-
batur et iure positiuo quod ad repetendum re mu-
tuata ex ipso mutuo dantur rationes et re-
media in toto titulo. ff. et c. si cer. pe. Et de
iure canonico in. c. In ciuitate et c. consuluit
et. de vs. Similiter de contractu pignoris quod
sit licitus demonstratur di. xxij. in. c. a. ibi si pi-
gnus a primo tuo acceperis et in toto titu-
lo de pignozibus. C. et ff. ac pariter in decre-
talibus eo. ti. Et p. s. Tho. fa. q. lxxviii. con-
tractus est locationis approbatus est. ff. et c.
locati p. totu. et in decretalibus titulo. de loca-
to. et ea. di. xxij. c. si conductu ibi venerat pro
mercede operis sui. vel quod resultet contractus
innominatus facio. ut des. Qui eodem mo-
do licitus est: ut p3 i. l. naturalis. ff. de prescrip.
verb. Contractus vero mandati eque de se iu-
stus est ac per iura approbatus ut ostenditur
in toto titulo. ff. et c. mandati et in decretalibus
in toto titulo de procuratoribus. Redendo er-
go ad primu. s. contractum mutui sciendum est tunc
ibi fore iustitiam quam nihil ultra re mutuam
recipit secundum Tho. in predicta. q. lxxviii. Quod
perfecto cernitur in casu nostro: quod comitas nihil
habet nisi sola nuda sorte mutuata ex charita-
te tunc vero iniustitia et usura foret si recipe-
retur a comitate aliquid munus vel quod istud es-
set a manu ut aliqua manualis redditio vel
quod esset ab obsequio puta aliquod seruitium

quod posset pecunia estimari: vel a lingua:
ut puta quod aliquis mutuataris propter
hoc mutuum diceret aliquid quod ad utili-
tatem pecuniaria redundaret ipsi mutuan-
ti: ut esset si doceret eum: vel quod sciret. Istis
enim tribus modis recipit aliquid usurarie
ut habetur a doctoribus theologie: maxime
Seco. Ric. De. d. palu. et dno bon. in. iiii. di.
xx. hoc idem Tho. i. predicta. q. lxxviii. fac illud
Bre. super illud Isa. xxxij. Qui excutit ma-
nus suas ab omni munere: ubi dicit triplex
est munus. A manu. s. et a lingua: et ab obse-
quio. Et cuz in casu isto nil penitus ipsi co-
munitati: ultra sortem veniat: succedit: quod nec
est: nec potest esse peccatum: imo potest mu-
tuando gratis. fit quod a iure consulto suadet
i. l. comodato. §. sicut. ff. comodati. Et de co-
di. indebi. l. si non sorte. §. libertus. ubi dicitur
homo homini obsequium et officium debet. et l.
seruus ea. ff. de ser. ex. p. et hoc quantum
ad contractum mutui predicti. Contractus ve-
ro pignoris tunc esset iniustus et usurarius
quando pro re mutuata pignozaretur res fructi-
fera: vel ad aliam comoditate apta: que pos-
set pecunia estimari: ita ut ille mutuans ut
retur tali re pignozata: et caperet fructus ex
ea: ipsos non computando in sortem: ut p3 per
doc. in. cap. ad nostram de emp. et ven. et in ca.
illo vos de pigno. ubi per Jo. An. butrigo. et
panoz. Et est etiam de iure civili hoc deter-
minatum i. l. i. et ij. C. de pigno. act. Quod
nullo modo in casu nostro euenit. Cum pi-
gnora non dantur: ut ipsi recipientes eis utantur:
sed ut conseruent manu teneant pariter
et gubernent. ut supra in puncto expresse di-
citur: et in capitulis montis. Et sic ex parte
comunitatis cum qua mediantibus officia-
libus isti duo contractus celebrantur usura
vel aliud peccatum non cadit: Sed bene pie-
tas populi: charitas proximorum indigentium.
Pro quorum necessitate et utilitate. mons
iste pietatis coram deo et hominibus ordina-
tus est. Item nec pactum ininum inter of-
ficiales montis et mutuatarios nec etiam ca-
pitulum inter capitula montis pietatis in-
sertum: quod post annum liceat officialibus mon-
tis pietatis dicta pignora vendere et. pmo
quod ad vendendum infra mensem teneantur
inducit peccatum vel usurariam prauitatez

quia tale pactum de iure validum est: ut l. si
fundus. §. potest itaq. ff. de pigno. ubi plus
dicitur. quod valet pactum: ut si infra certum
tempus non reluitur pignus: remaneat pe-
nes creditores titulo empiriois pro iusto pre-
cio. Et tunc dicitur quasi conditionalis em-
prio. est et ter. pro pmo dicto i. l. i. C. de pac.
pigno. et in. l. pactu vulgare. C. de pigno. ac.
ubi dicitur. iuxta glo. quod si creditor ultra sor-
tem vendidit competit debitori et datur actio
pignozaticia. Itaq. si hoc potest fieri per pa-
ctum: potest fieri per. l. et habentes auctorida-
tem faciendi capitula montis ex publico: ut in
glo. Rubrice. C. de decre. decurio. li. x. Et l.
non impossibile. ff. de pac. et per glo. et bal. et l.
consuetudinis in principio sue repetitionis.
C. que sit longa consuetudo. et in. l. omnes po-
puli de iusti. et iur. et in cap. cuz dilecti in glo.
in verbo constitutu de consue. Et in. l. neq. pi-
gnus. ff. de reg. iur. cum si. que possent allega-
ri. Quantum vero ad tertium contractum: v3
innominatum. s. facio ut des. vel quod sit con-
tractus locationis operarum: quod verius
pato: cum pro operibus detur pecunia nume-
rata: ut in. l. si tibi pollieda. ff. de prescrip. ver-
bis. Ista est differentia inter contractum: fa-
cio ut des: qui est contractus innominatus
et contractum locationis operarum qui est
bone fidei et nominatus: quod tunc dicemus es-
se contractum innominatum: cuz pro facto
datur aliqua res: que non sit quantitas nu-
merata: sed si quantitas: tunc potius videtur
contractus locationis. Ad cuius contractio-
nem requiritur pecunia: ut p3 instit. de loca-
i. prin. Dicendum pariformiter non esse in eo
aliquam usuram. Quod peccatum usure soluz
committi habet super contractum mutui ve-
ri sine paliati: ut p3 lu. vi. c. Mutuum date. et c.
Non enim euangelista dicit. Locationes fa-
cite nihil inde sperantes: sed dixit mutuum
date. Hoc idem schola theologorum habet
in. xv. di. iiii. Et pariformiter canonistarum
in. c. si. et in. c. consuluit et in. c. conquestus de
usu. Particulariter. Jo. An. in regula pec-
catum de reg. Ju. in. vi. habetur etiam a Iuri-
stis maxime bal. in. l. cu allegas: et in aut. ad
hec. C. eo. et i. l. rogasti. §. si tibi. ff. si cer. pe. Et
a moder. i. l. sociu qui i eo. ff. pro socio. Et quod
sit contractus locationis demonstrat: quod in ca-



pitulis montis dicitur q̄ ipse depositarius
et massarius teneantur mutuatarijs princi-
paliter de ammissione et de deterioracione
pignorum: quod secus esset: si essent instito-
res cōmunitatis: quia mutuatarij agerent:
actione institoria contra preponentem: vt. l.
quicumq; in principio. et. s. fi. et. l. qui habebat
s. meminisse. ff. de insti. act. vnde cum ipsi
officiales teneantur mutuatarijs de amissi-
one et deterioracione pignorum merito pro
coruz opere et custodia possunt recipere qua-
trinum: tāq; locantes operas suas: vt p̄ in
l. cum queritur. ff. loca. Bene verum est. q̄
posset cadere iniustum lucrum: respectu isto-
rum presidentium si reciperent ultra q̄ la-
bor et opera requirant. Quod autem resul-
tet iste contractus locati et excessus: si quis
foret precij sit iniustus et non vsurarius. Cō-
suluerunt famosissimi in orbe doctores su-
per hac materia. Jam reddendo consilium
scribentes. d. Jacobus de cortonio eps pusi-
nus: q̄ i cōsilio suo solēni sup hoc reddito al-
legat Jo. de fan. in cap. recipimus. xxi. q. ij.
Et nota per Inno. et Hosti. in cap. non sa-
tis et cap. sua de symo: vbi volunt q̄ sacer-
dos officians capellam aliquam: potest in-
de stipendium recipere pro labore absq; vi-
cio symonie q̄ recipit vt locator operarum
non vt venditor rei spiritualis. Quod est ve-
rum secundum ipsum: si hec recta intentio-
ne fiant. Quod dictum est aduertendum et
verum: p̄mo quasi totius huius consultatio-
nis fundamentum. Idem etiam. d. Jo. de
perusio de nobilibus de monte spello et. d.
Benedictus de benedictis perusinus cū sub-
scribētib; i corū vtroque cōsilio super hoc
reddito: S; vt melius iusticia seu iniusticia
capiatur: aduertendum: q̄ vt in contracti-
bus possimus scire equalitatem commuta-
tue iusticie: precia rerum. duobus modis
possimus considerare vno quidem secun-
dum communem estimationem populi. i.
pro vt cōmuni foro venderētur: Et tunc p̄-
cia rerum vendendarum vel locandarum
non sunt punctalia: vt p̄ in l. precia rerum
ff. ad. l. fal. et in l. continuus. s. cum quis. ff. de
ver. obli. Dicunt etiam theologi maxime
Ric. et p̄ de. in. xv. di. iij. Abundantius tho-
sa se. q. lxxvij. p̄mo magis relinquitur sub

quadam lineali consideratione: q̄ aliqui di-
cent. Iste meretur pro vno opere. x. quate-
nos. Alij. xi. Alij. xij. Adeo q̄ precium iustum
erit inter. x. et. xij. in foro conscientie. Non au-
tem Sic considerat: quantum ad forum ex-
trinsecum de quo in. l. ij. de rescin. vendi. Et
si aliquis paruus excessus in his fiat nō do-
lose: tūc philosophus: quē ad hoc allegat. s.
Tho. dicit. illud quod est modicum: rectam
rationem debere apprehendere: quasi nihil
Ad hoc tex. in. l. scio. ff. de mino. vbi iuricon-
sultus ait. De minimis nō curat pretor. fa-
cit. l. omnimodo ff. de impē. in re. do. fa. Et
sic quādo minima res est alios contractus
excepto matuo: semper videtur cocomitare
contractus donationis in illa minima quā-
titate: vt ait Tho. ex predictis. Alio quide-
modo et sic. Secundo estimantur precia re-
ruz arbitrio iudicis: et maxime spiritual. Et
iste tutissimus est modus contrahendi secū-
dum Hosti. et Tho. vt eos refert et sequitur
Jo. theotonicus qui notabiliter scripsit de
casibus conscientie in titulo de emp. et ven.
q. xvij. Et per bar. s. hoc habetur in. l. si qd
ex pamphila de leg. ij. Qui quidem modus
secundus est in casu nostro: cum dominus
limitauerit: vt supra in puncto ponitur. Vn-
de ista receptio non ex matuo fit: sed ex lo-
catione: que vt dictum fuit licitissima est ta-
liter limitata. Totum ergo factum remanet
in hoc ultimo. De excrecentia si in fine an-
ni reperitur q̄ quantitas istorum quatreno-
rum ascendat ultra. ioo. ducatoruz. Cū tunc
communitas siue isti depositarij. nō possint
illā nisi vsurarie seu iniuste retinere. Ad vi-
des d̄mōstrari arguēdo a p̄tū sufficenti enu-
meratione. Aut eniz illa excrecentia rema-
net monti: et sic ciuitati: et erit vsura penitus
vt supra per. d. l. rogasti. s. si tibi dederō. ff. si
cer. pe. etiam si ipsa intenderet in pauperes
errogare: quia sub colore pietatis nec pro re-
dimendis captiuis vsura potest fieri: vt di-
citur in capitulo super eo. de vsur. Non eni
impictas sub ratione charitatis exercenda
est: vt in capitulo non est putanda. i. q. i. et in
capitulo primo de conuer. infide. est enim
vsura omni lege. prohibita primo lege eter-
na vt dicit. Tho. i. se. q. lxxxvi. secundo le-
ge nature: primo Politicorum per philoso-

phum et. v. Ethicorum vt dicit etiam. Seco.
in. iij. di. xv. et Jo. An. in. d. regula peccatus
tertio lege mosayca ero. xxij. et leui. v. ibi. pe-
cuniam tuam non dabis ad vsuram et fru-
gum abundantiam non eriges. iij. lege pro-
phetica: vt patet. Eze. xvij. vbi dicitur. Si
vir iustus genuerit filium latronem et adul-
terantem: et ydolatrā et ad vsuram dantē
et amplius accipientem: nunquid viuēt.
certe non. Cum vniuersa hec detestanda fe-
cerit: certe morietur: et sanguis eius in ipso
erit. Et magnus propheta David. ps. liij.
Vidi iniquitatem et contradictionem in ci-
uitate: et labor in medio eius et iniusticia et nō
defecit de plateis eius vsura et dolus. Ac eti-
am. ps. xliij. ait. Domine quis habitabit in
tabernaculo tuo. Deinde subiungit. Qui pe-
cuniam suam non dedit ad vsuram. Et ne-
emie. v. c. dicitur vsuras ne erigatis a fratri-
bus vestris. Et sequitur centesimam pe-
cuniam frumenti. vini. et olei. quam erigere so-
lebatis ab eis: date illis. v. lege euangelica:
vt aperte dicitur Luce sexto. Adurum da-
te nihil inde sperantes. vi. lege positua et pō-
tificiali: vt patet in capitulo. quoniam. et capi-
tulo quia in omnibus de vsur. et in capitulo
primo eodem titulo libro sexto et in cle. i. de
vsur. xv. q. iij. capitulo. nec hoc. xiiij. q. ij.
capitulo si feneratorius. et ea. causa. q. iij. capi-
tulo quid dicam. Vnde cum omni lege sit
prohibita vsura et sit mala secundum se: nō
potest propter aliquod bonum respectum
fieri. Et ideo tex. in capitulo nolite. xiiij. q. v.
dicit. Nolite facere elemosinam de vsura
et fenore. Aut illa excrecentia remanet illis
officialibus vt priuatis personis: et tunc cu-
z habeatur ex contractu locationis: vt supra
iniustum lucrum erit: et per consequens pec-
catum. Quod quidem minime debet com-
mitti: etiam si totus mundus periret. Vt
dicit. Ansel. in libro de similitudinibus. c. i.
ibi. Si peccatum est deum inhonorare:
hoc homo non debet facere: etiam si neces-
se esset quicquid deus non est perire. Vno
tante grauitatis est peccatum. q̄ potius q̄
debet. et velle esse in inferno sine ipso: q̄ in
paradiso cum eo. Si hoc pro possibili dare-
tur. Vnde ipse subiungit. Si hic pecca-
ti pudorem: et illuc cernerem inferni horro-

rem et necessario haberem vni ipsorum in-
mergi: prius me in infernum merg. rem
q̄ peccatum in me immitterem. Adallem
enim purus a peccato et innocens gehennā
intrare: q̄ peccati sorde pollutus regna ce-
lorum tenere. Cum constet solos malos in
inferno torqueri: et solos bonos in celesti bea-
titudine foueri. Cum ergo acceptio ista ini-
sta sit: non potest iustificari: etiaz si talis res
accepta vellet elemosinaliter elargiri: quia
elemosina de meo iuste acquisito patrimo-
nio debet fieri: et non de alieno. Vnde dici-
tur prouer. iij. c. honora deum de tua substā-
tia. et Ecclē. xxxiij. ymolans ex iniquo: macu-
lata est oblatio eius. Qui autem offert sa-
crificium de sba pauperis: quasi qui victi-
mat filium in conspectu patris. Ad hoc. ter.
in. c. non est putanda. i. q. i. xliij. q. v. c. i. Vn-
de Isidorus dicebat. De rapinis et alienis
bonis ecclesiam facere: nō est miserationis
officiū: sed criminis potius incrementum. Et
ideo zachēus lu. xix. c. aiebat. Ecce dimidi-
um bonorum meorum domine do pauperi-
bus: Dicit meorum. non autem alienorum.
Vnde videtur relinqui: q̄ siue talis ex-
crecentia sit penes communitatem: siue pe-
nes ipsos depositarios: vt priuatos hoc sit
iniustum etiam si i pauperes veniret erogā-
da. Tamen si bene aduertantur in puncto
presupposita: omnia bene procedunt. Non
enim illi qui dantur quatreni: dantur illis
officialibus: vt recipientibus nomine cōtra-
tis: sed vt recipientibus nomine pprio: pro
locatione suorum operum: industria: et peri-
culū: vnde ad communitatem nihil penitus
peruenit. Et vt meli⁹ hoc intelligatur cre-
plo sic potest demonstrari. est eniz in hoc ca-
su: sicut si Petrus peteret a Joāne matuo
centum hic florentie. Et Joānes diceret:
habeo ista. ioo. bononie in quodā loco adeo
q̄ nescit ab alio: nec possunt haberi nisi me-
diante sempromio quodā familiari meo. Si
vis habere matuum oportet q̄ sempromi-
us iste accedat bononiam. Quis eniz sa-
ne mentis diceret: q̄ si iste mutuatarius
Petrus daret sempromio viginti bono-
nenos pro suo salario taliter arbitrato et
limitato auctoritate episcopi: vel alterius
superioris: quod iste Joānes sit vsurarius:



vel ipse sempromius: Cum Joannes gratis mutuet: et nil ultra recipiat nisi forte ex mutuo: ac ipse sempromius recipiet. xx. non ex mutuo: sed ex contractu locationis. Quamuis enim si non fuisset mutuus sempromius non habuisset istos. xx. bononencos. Non tamen propter hoc mutuum est causa propter quam fit talis locatio operarum. Mutuum vero est causa sine qua non recipisset. Et hoc est in receptione. xx. boni per sempromium a petro: sed in receptione fienda a Joanne de. 100. Causa principalis et finalis est mutuum: et causa sine qua non est labor istius sempromij: quod sine suo labore non fuisset mutuus factum. Et sic postea receptio rei mutuate. unde cum iste cause sint separate: non influunt una in alteram: ut. l. naturaliter. §. nihil commune de acqui. po. et in. l. cum actum. ff. de nego. gest. Ista est enim differentia inter causam finalem et causam sine qua non: quod causa finalis est: que mouet operantem ad operandum: ut dicit philosophus. vij. ethicorum. cap. xij. ubi ait: quod finis est principium in agibilibus et appetibilibus. Ut esset: si vnus vel let lucrari eundo in insulam scicilie. Certe istius motus eundi: causa finalis est lucrum: sed cum non possit quis accedere et mare transfratere sine nauis. Nauis ipsa dicitur causa sine qua non iussit in insulam scicilie. Ad modo ad propositum. causa finalis mutui in casu nostro est charitas proximorum. et causa redditus rei mutuate est: quod mutuata fuit. sed causa finalis redditionis quatenus est labor ipsius custodientis et scribentis. causa vero sine qua non daretur quatenus est bene mutuum. Ista enim causa sine qua non: cum ex ea aliquid accipitur: non propter hoc illa acceptio est usuraria. Alias omnes notarij ex contractibus mutui recipientes stipendij essent usurarij. Quod penitus non est dicendum: quia cum dicitur lu. vi. mutuum dare nihil inde sperantes: intelligitur secundum doc. i. vos mutuate. Quia modo si ille Joannes diceret Petro. Salarij istius sempromij sunt. xx. boni. Si tu uoles dare. illi. xxiij. ut illos duos sempromius ipse erroget pro tua: Credo quod fideliter exequetur. Quis diceret: quod illi duo dati a Petro ipsi sempromio ut tribuat pro anima ipsius petri sint tri-

buta ipsi Joanni: certe nullus. sed erunt penes ipsum sempromium: sicut penes mada rarium ipsius petri ad erogandum. Sic est ergo in proposito de ciuitate que nihil recipit: nisi suam sortem solam: et hoc ex mutuo mediantibus officialibus. Ipsi vero officiales: ut ipsi: non ut comunitas recipiunt illos quatenus: sic limitatos: ne ultra possint iniuste recipere qui quatenus simul coaceruati: si erunt in fine. 100. ducati: suum salarium iustum punctaliter habebunt dicti officiales quod conueniens est: quia dignus est mercenarius mercede sua: et nemo suis stipendijs militat unquam: ut ait apostolus: Si vero minus: supplebitur de sequentis anni intrantibus quatenus. Si autem ultra: et tunc siue mutuatarij protestantibus: siue non protestantibus id ultra erit penes eos de consensu illorum mutuatariorum: ex tacito mandato resultate propter prefatam preconizationem: et hoc ut reddatur ipsis protestantibus: vel errogetur nomine non protestantium facit adhuc quod dicitur in cap. cum inhibito de cla. despon. et cap. cum in tua extra qui ma. ac. po. l. si eo. tempore. C. de luit. pigno. cap. primo de post. prela. et ca. quia propter de elec. et l. ij. §. seruus sulpitius in verbo pro rostris de orig. iur. Et hoc maxime verum est: cum talis preconizatio fit per predicationem in pleno populo. Nec potest dici quod talis excrecencia ex his quatenus habita pariter erit penes ipsos depositarios et non penes comunitatem: quia ita est animus dantis quatenus. et verba sic sonant. Et pariter voluntas et verba recipientis quia non nisi pro labore: unde ultra eorum intentionem et verba actus istorum agentium non debent operari: ut dicit tex. in. l. non omnes. ff. si cer. pe. Alias oporteret dicere: quod illa traditio quatenus: in quantum excederet salarium: intelligeretur dari comunitati: quod nec verba: nec intentio hoc vult. Et in quantum non excedit intelligitur facta ipsis officialibus ut priuatis: et sic esset contra intentionem et verba que dicuntur pro salario. et. A quibus non est recedendum cum clara sint: dicit tex. in. l. i. §. si is qui nauem ff. de exerci. ac. Et etiam vna et eadem traditio diuerso iure cenietur contra. l. cum qui

edes de vsucapio. et. l. cum debere colunam ff. de serui. ur. predi. quia partim censeretur facta ipsi comunitati: ubi resultat excrecencia ultra salarium partim ipsis officialibus: ut priuatis in quantum resultat eorum salarium: quod penitus non est dicendum. Unde remanet quod talis excrecencia penes ipsos est: et non penes comunitatem. Posset etiam vltimam imaginari et ad propositum. Si vnus peteret a me centum mutuo. et ego dicerem. contentor quidem: sed volo quod des pro anima tua pauperibus vnus bononenum. An ista pactio esset usuraria. Et forte posset dici quod non: quia talis pactio non affert mihi commodum pecuniarium: quod videtur requiri ad hoc quod sit usura secundum doctores theologie in. xv. di. iij. et sanctus Tho. in. di. 477. Et si hoc esset: multo fortius procedit in casu nostro: ubi non astringitur mutuatarij ad dandum pro anima. sed totum ponitur in mera voluntate eius. hoc dubitative dixi de mutuate: cum obligatione dandi in piam causam: propter ea que ponit bal. in. l. cum allegas. C. de vsu. Unde ex omnibus supradictis remanet firma conclusio: quod comunitas nullus peccatum: nec ipsi institores incurrunt. Et patet responsus ad argumentum supra factum: Quia hec excrecencia non datur a comunitate: ut habita usurarie: nec ab officialibus ut habita iniuste: sed ab ipsis habita preter intentionem. Et quodam modo conditionaliter ex mandato. Nec tunc obstat. si diceretur. Mutuatarij non protestabuntur timore nec careant mutuo: et sic non videntur volutarie consentire: ut detur amore dei: Quia hoc non est verum. Tum ex eo: quod in capitulis montis ponitur: et in themate dicitur. Mutuantes teneantur mutuate necessario ex apodixa conseruatoris pignorum. Tum etiam quia protestatio potest fieri per dies. xv. post receptionem pecunie: ut clare verba puncti demonstrant: Que cum clara sint: cessat quelibet obscuritas coniecture: quia in incertis non certus locus est coniecture et interpretatione. l. ille aut ille. §. cum ita. de verb. obliga. iij. l. continuus. §. cum ita. de verb. obliga. Nec secundo similiter obstat: si diceretur. Donamus quod vnus vel duo protestabun-

tur: quid poterit reddi eis. Ad hoc respondendum est considerando. iij. casus. Aut nullus protestatur: aut aliqui et non omnes. Aut omnes singulatim mutuatarij protestabunt. Quod nunquam eueniet: nec credendum est. primo casu clarum est: quia illa excrecencia erit penes illos officiales: itaque penes mada rarios: ad erogandum. secundo vero casu: scilicet quando aliqui protestantur et tunc aut potest secundum scientiam arithmetricam punctaliter discerni quid illis sit reddendum: et dabitur illis. Si autem non potest: vel maxime difficile est. Et tunc quamuis sit impossibile: vel laboriosissimum punctaliter reperiri. Puta si est quatenus ad punctum: bene poterit faciliter sciri: quod non excedit duos: et tunc poterunt ipsi protestanti soli dari secundo partem secundum quod debitum est propter protestationem. Aliam partem secundum erogationem in piam vsu et sic ut pauper: ex quo vnusquisque veniens ad montem pro mutuo presumendus est indigens: cum non nisi habentibus necessitatem mutuandum sit ex forma capitulorum vel component se simul de duobus vel de vno quatenus tempore redditionis tertio vero casu quando omnes protestantur quod nunquam eueniat: nec debet absurde sic credi. Tamen tunc respondendum est si eueniret. Aut potest fieri punctalis calculatio sicut multis intellexi peritis arithmetricis: quamuis a quibusdam alijs audierim contra: Et reddetur vnique portio sua. Aut non potest fieri: et tunc attendenda maxima utilitate que prouenit christianis ex monte hoc pietatis temporaliter et spiritualiter: considerata fauore spirituali quia ex constituto ecclesiastico. m. diante quo incurruntur peccata et excommunicationes a comunitatibus: et quasi innumerabilia preiudicia: sicut patet in cle. i. de vsu. Et circa bona temporalia: de structiones familiarum et diuitiarum: princeps et dominus ciuitatis potest etiam si daretur hoc: contra voluntatem esse illorum mutuatariorum facere: ut errogent in pio vsu amore dei. Dato quod iste mons pietatis aliter non posset expediri. Posset enim princeps et dominus pro utilitate recipi: et ex causa prout est in casu nostro: in ali-



quo ledere ius tertij: vt dicunt doctores in capitulo que in ecclesiarum de const. r. l. fi. C. si contra ius vel vti. pu. r. in. l. venditor. §. si constat. ff. cōmuniā predi. r. l. cunctos populos de sum. tri. Et quod dicunt doctores in capitulo in nostra de iniur. r. damno dato. r. Inno. in capitulo quia pleriqz de immu. eccle. Et facit in argumentum. l. maiorem de pac. r. l. finalis. C. De ces. bo. Cōmunis enim vtilitas: prout est ista: semper pref. renda est priuate: vt in capitulo bone el. i. de post. prela. Ad predicta tex. in. l. anthiocensium de priuile. credi. r. in. l. bene azenone de quadri. prescrip. r. in. l. digna vor. C. de leg. interest enim reipublice ne quis etiam re sua male vtatur: vt dicitur institut. de his qui sunt sui vel ali. in. §. pe. Et interest dñi hñe sub se ciues locupletes. In auten. vt iud. sine quo. suff. §. cogitatio: r. in. d. §. pe. per glosaz vterentur enim isti protestantes re sua male: si illam minimam particulam nollent dare pro anima sua amore dei: r. per sequēs mons expediti non posset ipsis remanentibus in manibus hebreorum ex usura deuorantium omnem substantiam ciuim. Et hoc maxime verum est: q. dominus potest hoc determinare: quia ista calculatio vir fiet ab arithmetricis: cum salarium eius pro tam difficili opere r. quasi impossibili non sit maus: q. ipsa excrecentia. Dicit enim glo. in capitulo cuz tu de usuris: q. usurarius ne dum in iuste detinens: si habet restituere rem tam modicam: q. expensa pro eius transmissio- ne ad longinquas partes sit maior q. valor rei restituende. potest tunc dare elemosi- naliter pro anima illius cui debebat restitui. Scrupulosa quidem res esset: q. expensa de beat fieri magna pro restitutione modice rei: que scrupulositas a iuris positui sapientia improbat in. l. sed r. be. de excu. tut. vbi dicitur: Sed hec nimium scrupulosa sunt vnde non admittenda. sed in veritate non cadit iste casus nec eueniet unquam: cum nullus sit sane mētus: qui non diceret. Ego spē volo potius vt detur florenus de substantia mea pauperibus pro peccatis meis quam habere iudeum deuorantem quasi omnem substantiam cum peccao mortali:

r. excommunicatione quasi omnium de ciuitate. Ex qua excommunicatione r. hebreo usurario: r. damna temporalia r. spiritualia proueniunt: per longum esset enarrare. Et communicatus enim priuatur ecclesiasticis sacramentis. iii. q. iiii. capitulo engeldrudam. r. capitulo si. de elec. excommu. mi. secundo suffragijs ecclesie. tertio participatio- ne diuinorum. Et sic cuz audit missam vel diuina officia mortaliter peccat secundum theologos. Ad hec cap. quod in te de pe. r. re. quarto excluditur a regno celorum. xij. q. iij. nemo. r. xxiii. q. i. capitulo quisquis. qui- to a participatione cum alijs fidelibus. xi. q. iij. capitulo sicut. vi. non potest eligi excom- municatus ad aliquam dignitatem: nec po- test eligere: vt dicit De. de palu. allegando tex. de appel. capitulo constitutum. Et est ve- rum ne dum de dignitate ecclesiastica: sed etiam seculari: vt in capitulo venerabile de elec. septimo est interdictus omnis actus le- gitimus. vnde non potest iudicare: nec ac- cusare: nec testificari. iij. q. ij. §. euidēter. octa- uo nō pōt pstitui pcurator: nec etiā cōstitue- re: vt in capitulo post cessionem de proba- nono non potest contrahere matrimonium quamuis contractus teneat secundum Jo. de ligna. quamuis peccet mortaliter contra- hendo. decimo excommunicatio absoluit a Juramento fidelitatis. xv. q. vi. nos sancto- rum. r. capitulo iuratas. vnde decimo non po- test comparere in iudicio: vt in cap. intellere- mus de Judi. Et secundum opi. bar. si per- seuerat in excommunicatione per annum: non poterit cōdere testamentum: vt ipse di- cit in auten. credentes de hereticis. De hoc tamen in capitulo decernimus de sen. ex- com. r. in capitulo decernimus. §. credentes de here. r. per bar. in. l. si queramus de te- sta. Quorum omnium quedam vera in- telligenda sunt: si excommunicatio est publi- ca vel notoria. Vnde debemus credere si- ne dubio ad euadēda tot pericula: q. vnus quisqz de suo etiam magnam quantitatem velle exponere: vt experientia que est om- nium magistra demonstrat. In multis ci- uitatibus vbi mons iste pietatis est constru- ctus: in quibus vt ipsum ordinare posset de proprijs marsupijs posuerunt quantitates

pecuniarum. Aliqui donando. ioo. ducatos aliqui. 50. alij. x. alij minus vel plus secundū varietatem possibilitatis. Adeo q. in quadā ciuitate: que non est pro tertia parte: habendo respectū ad ciuitatem florentinā: de pro- prijs pecunijs a particularibz personis elar- gitis fuerunt in paucis diebus collecti cir- ca. 2000. ducati. Adeo q. ex hac experientia r. etiam q. ratio naturalis dicit: debemus sic presumere cuz vnus q. s. que in dubio pre- sumatur bonus r. charitativus: vt dicit tex. in. ci. de scruti. r. in. l. merito. ff. pro socio. Et notabiliter est credendum: q. pro tam pio: necessario vtili: ac pariter opportunissimo opere expediendo: dato q. aliter non posset perfici q. quilibet non sit contentus: vt illa paruula excrecentia detur amore dei pro anima sua. Que quidem excrecentia si infi- ne anni esset. bene. 50. ducati distribuendo per singula capita mutuatariorum non ve- niret quasi quatrenus pro quolibet. De mi- nimis. n. facillime presumitur donatio: r. elar- gitio amore dei: vt dicē expresse bar. in. l. que dotis. ff. solu. ma. Et de paruitate rei: quod idem scripsit in. l. si quis cum aliter de ver. obli. r. butriga. in capitulo cum dilecti. r. ca- pitulo cum causa de emp. r. ven. vbi voluit q. in minima quantitate presumatur do- natio. Ad hoc tex. in. l. omni modo de im- pensis. Et q. dicit bal. in. l. si paterno affe- ctu. C. de nego. ge. r. tex. cum glo. in capitu- lo ceterum de dona. facit etiam glo. in. l. si seruus communis. ff. de dona. inter ui. r. ur. vbi inter coniunctas personas de par- ua quantitate presumitur donatio. Quis enim coniunctio est nobis deo. pro cuius amore fit elemosina: ce te nullus. Vnde Augustinus in libro primo. de verbis do. sermone sexto. Discute. inquit nunc ma- iores tuos. primi sunt tibi pater r. mater: maior est deus: qui te r. ipos creauit. Be- nerat enim homo: creat deus. Vnde ge- nerat homo nescit: quid generatum sit: ne- scit: Ille quid effecit vidit vt faceret: ante- quam esses. Certe maior pater tuo: maior fit r. patria r. ipsis parentibus tuis. r. Et christus appellat nos fratres per prophe- tam dicentem. Narrabo nomen tuum fra- tribus meis ps. xxi. Et Adatb. xxiij. dicit

deū esse patrē cum ait. Nolite vobis voca- re patrē super terram: Vnus est enim pa- ter vester qui i celis est. Et Jo. xx. dixit mag- dalene christus. Vade r. nuncia fratribus: meis. Vnde cum sit frater r. pater noster: r. sit coniunctissimus: presumi debet animus donandi indubio. pro hac etiam determi- natione facit tex. notabilis in. l. si vero nō re- munerandi. §. adez celsus. ff. mandati. Vbi probatur: q. si recepi a Joanne: puta ali- quod obsequium: in traditione sibi fienda: de facili psumetur donatio maxime in par- ua quantitate. Si ergo hoc est in homini- bus: a quibus parua beneficia recepimus: q. presumamur velle eis donare: quāto ma- gis presumi debet: q. velit quis donare deo a quo habemus animam. corpus creatio- nē mundi. dominia temporalia. dignitates honores. familiam sanitatem. r. omnia bo- na que sub celo sunt: Certe absqz dubio pre- sumetur animus donandi: Maxime: quia hic ex donatione resultat comoditas do- nantis. scilicet meritum. Ideo Augustinus in libro de ver. do. dicebat. O magna boni- ras dei: cui cum pro conditione reddere de- beamus obsequia: vt pote serui domino: sa- muli deo: mancipia redemptori: amicitia- rum nobis premia repromittit: vt obsequia obite seruitutis extorqueat: r. quos nolle ser- uire sponte cognouerit beneficiorum suo- rum possit promissionibus inuitare. Cer- tum est enim id quod pauperibus elar- gitur: christo donatur: vt ipse idē matthe. xxv. dicit esuriui r. dedistis mihi manducare: fi- tui. r. c. postea subiungit: quod vni ex mini- mis istis fecistis mihi fecistis. Relinquitur ergo tum quia modica quantitas est. Tum quia pium: Tum quia datum intelligitur christo voluntas libera r. consensus ex pre- dictis. In hoc enim casu q. velimus habe- re scrupulosissimam conscientiam: r. in he- breis deuorantibus quasi totam substan- tiam ciuim: cum innumeris temporali- bus r. spiritualibus detrimentis: nullam penitus sentiamus molestiam conscien- tie: pro vt aliqui ceci mundani inueniun- tur. est sine dubio nimis emungere: r. per- consequens elicere sanguinem: contra tex. in cap. deniqz. iij. di. r. trepidare vbi timor



aliquis non est. De quibus verisimiliter propheta aiebat Trepidauerunt illic ubi non erat timor. Ad quidem redarguitur a doc. in. ca. tua. de symo. et in cap. inquisitioni. Illi enim qui de hoc salubri opere artissimam volunt habere conscientiam: et de iudeis deuorantibus animam. corpus. et subam temporalem: nullam penitus habent conscientiam assimilari conuenienter pnt scribis et pbari seis: qui vt dicitur. Jo. xvij. non introierunt pretorium pilati: ne contaminarentur. s. cohabitacione hominis gentilis: sed mundi manducarent pascha. Vnde de ipsis exprobratiue loquitur Augustinus. O impia cecitas iudeorum. in pretorium intrare timebant: et fratris innocentis sanguinem effundere non timebant: sub habitaculo contaminantur alieno: et non contaminantur scelere proprio. hoc dico pro quibusdam qui volunt defensare hebreos in suis usuris manifestis: et super hoc scribendo: ubi est peccatum: totius communis excommunicatio: et quasi innumerabilia damna spiritualia et temporalia. Quod quidem insanum est: vt ex supradictis apparet. Remanet ergo conclusio firma: quod mons iste pietatis recte constructus est per communiter: nec incurritur aliquod peccatum ab ipsa vel a presidentibus etiam veniale: sed exercetur maxima virtus: ymo regina virtutum charitas dei et proximorum. Acquiritur donum dei: maximum meritum diuina gratia preferuatio sbarum. honor christianitatis: et consecutue cessando a peccatis: exequendo hec et similia opera bona adipiscuntur regnum dei: et excellam gloriam paradisi: iuxta illud apostoli. Pietas ad omnia valet: promissio nem habens vite: que nunc est et future. Laus christo Redemptori nostro: ac gloriosissime Marie intemerate virginis eius generici piissime.

Explicit consilium Venerandi. P. S. Fortunati perusini quod allegat: et commendat. D. Jo. baptista de sancto Severino super Repet. l. cunctos populos. C. de sum. tri. et si. ca. et ubi de hoc monte optime dicit.

Subscriptio Reuerendorum Magistorum in Theologia.

Ego Adrianus saluinus episcopus coronei. theologorum minimus adherendo con-

clusionibus supradictis dei honores. anime salutem. proximi charitatem continentibus manu propria confirmo: et sigillo annulari quo vtor approbo. Floreat catholica veritas parcat iudaica prauitas: et falsa christianorum sequella.

Ego Guilielmus de beccis de florentia episcopus selulanus assentio omnibus his que in suprascripto consilio continentur: saluo semper saniori iudicio. In cuius rei fide hec scripta proprio sigillo munui.

Ego frater Lucas Jo. de fulgenio ordinis seruorum sancte Marie theologorum minimus confirmo hec omnia: que in hoc consilio scripta sunt. et hec omnia teneo: nisi a melius consulente aliter mihi fuerit demonstratum. In cuius rei fide: hec propria manu scripsi. et meo visitato sigillo sigillauit.

Ego Franciscus presbyter Castilion theologorum minimus: his que scripta sunt assentio: cum presertim id per summum pontificem iam sanctum approbatumque esse constet: sigillumque proprium adieci.

Ego frater Franciscus de florentia: altas paduanus sacre theologie Magister feci nomine meo subscribi roborari: et sigillo quo vtor sigillari: quomodo ipse suprascripta precedentium doctorum approbo et confirmo cum presertim a summo pontifice sint ea omnia rite et sancte approbata.

Et ita vt supra conclusum est dico et consulo. Ego Dominicus de beccis clericus parmensis iur. v. doctor et ad presens Reuerendissimi. D. archiepiscopi florentini vicarius in spiritualibus et temporalibus generalis. Et in fidem premisorum me propria manu subscripsi: et solito sigillo sigillauit. saluo semper saniori consilio.

Ego Antonius loctus presbyter florentinus theologie professor indignus inspecta tantorum viroorum auctoritate et summi pontificis approbatione his que supranotata sunt assentio. Idcirco hec subscripsi: et sigillum apposui: salua semper integritate conscientie.

Ego frater Antoni papi Amerigi de medice. pfectio minor: ac sacre theologie magister: visa tantorum doctorum auctoritate qui supradicta approbarunt: adherens eorum dictis atque sententijs supradicta tanquam vera

approbo et confirmo. Et quam marie que multi. Adar. Idon. per apostolica rescripta supradicta approbare vident. In quorum fide me propria manu subscripsi sigillo quo vtor sigillauit anno salutis. 1473. die. vi. Augusti.

Ego frater Jacobus de calio ordinis minorum theologie professor immeritus attenta auctoritate tantorum viroorum que supradicta confirmauerunt et approbauerunt eorum adherens vestigijs supradicta tanquam vera approbo et confirmo. Eo maxime quod plures romani pontificis apostolica breuia supradicta approbasse videntur a quorum approbatione deuiare de litare videtur in quorum fide me propria manu subscripsi et sigillo quo vtor sigillauit.

confundit seipsam: vt ibi probatur. **E**t
his ergo omnibus notabilibus patet qua-
liter predicta veritas habet intelligi. **E**t
quo enim omnia non sunt communia: im-
mo possessiones possidentur particulariter
sicut z pecunie: z ex quo viuere homines sine
pecunijs bene viuere possent: quia non est
amplius illa simplicitas hominum quam
allegat Aristo. primo politicozum antiqui-
tus fuisse: Ita q. homines non utebantur
pecunijs: sed immediata commutatione
commutabant res ad res vt frumentum
cum vino z huiusmodi: Ergo necessarium
est q. in ciuitate bene ordinata sit aliqua
communis via quam licite homines exer-
centes lucrentur: Ergo sicut expedit habe-
re viam mercatuiam cum adhec deseruiat
vel agriculturam: Ita z mercenariam. pa-
tet quia Respublica male se haberet quan-
do careret iustis vijs ad pecuniam: quia eri-
am haberet carentiam multorum necessa-
riorum pro humano victu. **N**ec sufficit
vnicus modus acgreudi pecuniam. Quicūq.



enim esset ille: omnino esset quasi impossibi-
le: q̄ omnes illo verentur: vel in illo delecta-
rentur. Ergo est expediens: ymo necessari-
um: q̄ varij sint modi in ciuitate pro hac lu-
cratione. Et sic p̄ quod dictum est: videli-
cet q̄ expedit ciuitati: q̄ in ea sint se exer-
centes varijs operibus lucrosis. Quare. r̄c.
His itaq; premisis veritatibus tāquam
fundamenti necessarijs pro formalitate ra-
tionis princ. Nunc probatur non modo li-
citatio mōtis ymo probatur: q̄ ad bonū re-
gimen ciuitatis valde expediat: et quodāmo-
do sit necesse talem habere vel construere mō-
tem. Arguitur ergo sic. Illud quod tollit fi-
nem principalem ciuitatis: tollit et quasi de-
struit omnem bonum ipsius ciuitatis. patet
hoc ex quo causa finalis est causa causarum.
v. methaphisice 2. ij. politicoz 2. ij. postero-
rum. Et sic illa ablata: aufertur bonum illi-
us: cuius est causa. Sed qui destruit mon-
tem pietatis: destruit bonam partem finis
principalis ciuitatis: cum finis principalis
eius stet i virtuose viuere: vt supra patet. Et
per destructionē montis: virtus minuatur:
et disponatur ad omnino depdi. Quod pro-
batur. Illo enim anichilato tollitur magna
pars charitatis requisite in ciuitate. scilicet
subuentio cōis personarum miserabilium
charitas autem ad proximum post charita-
tem ad deum est principalis virtus necessa-
ria ad salutem: vt patet instructis in prece-
ptis ipsius charitatis et christiane legis. Ad
hos enim est sermo ergo. r̄c. Sed et aliter p̄-
batur: q̄ ex destructione montis inferatur
deperditio virtutis. r̄c. Ablato nāq; pietatis
monte iudei sunt in floze: q̄ conuersationez
et quasi conuictum cum christianis habent
liberum: et succedit tanta familiaritas ex oc-
casionē mutui feneraticij cum ipsis: quanta
est iter domesticos ciues: Et ex hoc virtus
fidei minuitur in multis et debilitatur sed et
quandoq; deperditur. Ergo cū vna princi-
palis virtus attendenda in ciuitatibus sit
sancta fides omnino necessaria ad salutem
sicut dixi de charitate: tantum dispendium
patiatur ciuitas ex destructione montis ha-
bentis magnam connexionem cum virtu-
te fidei modo declarato: quantum si permit-
teretur in ipsa morari aliquos pueros et de-

structores virtutum moralium et bonorum
morum. Et ideo consequentie iste sunt for-
malissime habentibus sensum et spiritus pic-
tatis: Adons destruitur ergo iudei florent
ergo fides christi contaminatur ergo et mi-
nuat vel debilitat: ergo verba virtus et prin-
cipaliter in bono regimine ciuitatum requi-
sita paulatim deficit ergo finis ipsarum ci-
uitatum aliquatiter tollitur. Ergo de primo
ad vltimum sequitur: si mons destruitur et
et finis principalis ciuitatum non seruatur.
Quod erat probandum. Et dato q̄ forma-
litate istarum consequentiarum interme-
diarum non pateant lumine naturali: patet
tamen lumine deuoto sancte fidei. Et si di-
catur: etiā iudeis non mutuantibus ipsi mo-
rantur in ciuitatibus. Pro responsione ad
hoc adduco cōmune dictum et vulgare. scz
occafio facit actum. Et occasione enim ha-
bendi recursum ad eos: christiani debilitat
fidei veritatem pp conuersationem frequē-
tem corrumpunt: dicit Apostolus. i. cor. xv.
bonos mores colloquta mala. Q si possem
breuiter narrare dāna et dispendiuz talis cō-
uersationis: videremus quot cōtractus vsu-
rarij: quot infidelitates et scelera a christia-
nis cōmittuntur. Quantum etiā minuitur
religio christiani nominis: et quantum cul-
tus nostri verbi dei. Sed et obseruantia di-
uinorum preceptorum in dies ex hoc remit-
titur: In tantum q̄ audeo dicere: q̄ vbi est
multitudo iudeoz habentium conuersa-
tionem euz christianis qualis est et cōringit
vbi mutuant: quasi non sit fides certa siue
tuta et requisita ad salutem. In huiusmodi
detestationem non me extendo: cū talia ma-
gis spectent ad officium declamatorum:
quam ad presentem pauperum apologia. Quare. r̄c. Totuz autē quod dixi de fine prī-
cipali ciuitatis damnificato. r̄c. dici etiam
potest de alio fine non principali: q̄ ex quo
non habere montez pietatis est incidere ad
voraginem pessimozum iudeoz quozum
voracitate ciuitates remanent exhauste de
necessarijs pro victu quotidiano et huma-
no: quia tandem ad manus eozum pecunie
ciuiuz vestes suppellectilia et huiusmodi per-
ueniunt: et ita depauperantur mutuatarij
ab eis: ac si fuisset in ore lupozum rapacium

vt experientia demonstrat. Ideo sequitur
q̄ grandis pars tam pro delectabiliter q̄
pro absolute viuere ex hoc a ciuibus tolla-
tur. Et per consequens etiam sequitur q̄
ablato montis: magnum dat detrimentuz
ciuitatibus: vt non consequantur fines ad
quos sunt ordinate. Cum ergo pertineat ad
bonum regimen ipsius ciuitatis: q̄ illius fi-
nis attendatur: sequitur consequenter q̄ at-
tendi debeat defensio et constructio pij et cō-
munis montis. quovalde: conseruantur pre-
dicti fines: vt etiam iam dictum est: in tantū
q̄ apud nos et apud quoscunq; charitatiue
sentientes creditur: q̄ hec sit bona et for-
malis consequentia. Iste inimicatur mon-
ti sancto pietatis: ergo non attendit siue
respicit bonum reipublice et sic non perfe-
cte respicit bonum fidei catholice: cum fides
sit de principalibus virtutibus et inter prin-
cipales fines qui in bona politia respicien-
di sunt. Ergo de primo ad vltimum inimi-
cus montis non videtur verus zelator fidei
catholice: et sic nec christi. Et consequentie
iste omnes optime valent nobis presupposi-
to lumine spiritus pietatis Jesu Aliter nō.
Quare. r̄c. Et ista autem deductione pa-
tet non modo iusticia montis pietatis: et sic
q̄ nequaq; debet destrui vbi sunt: ymo ma-
gis probatur: q̄ debent de nouo errigi et in-
stitui. Et vbi principes vel domini ciuitatū
hoc non faciunt: saltem ipsi ciues adhibeāt
fidelem diligentiam inter se pro huiusmodi
ordinando sancto monte: qui sit quoddam
errarium communitatis pro auxilio paupe-
rum. Ex hac enim institutione demonstra-
bitur amor quem habent ad patriā: et quo-
dammodo poterūt assimilari patricijs illis
Romāis patrie fidelissimis: vt. Ad. curtio.
Ad. Regulo Sabzicio. et hmoi: qui bonū cō-
mune reipublice semper pretulerunt bono
particulari etiam preponentes illud proprie-
tate. de quo alibi dicendum est. Non enim
est presentis speculationis talia nunc ordi-
nate describere. hic possem inserere quan-
tum iura rationes et exēpla suadent fugien-
dam conuersationem iudeozum: et omnino
illozū derelinquendum consortium: et per
consequens tutissimum fore ciuitates labo-
rare debere pro communi predicto erario

quod est honestissima illorum iudeozum ex-
pulsio. sed breuitatis causa omnia ommitte-
re volui. sufficiat deduxisse rationem: que in-
cludit et concludit saltem amatoribus paupe-
rum predicta hec. ¶ Sed et per premisas
veritates vel fundamenta adhuc arguitur sic
pro licitatione montis. Ad bonam politiaz
spectat q̄ ibi sit se exercentes in arte merca-
tiaz vel agricultura: ergo et mercenaria. An-
tecedens patuit supra consequentia autem
probatur: quia cum non sufficiat vnica via
lucrosa pecuniarum in ciuitatibus: vt supra
patuit. ergo sicut ille due prime sunt viles
sic et tertia: ex quo omnes sunt iuste. sed ita
est. q̄ contractus montis sancti habent istā
viam mercenariaz inclusam ex quo sunt ibi
ministri vel officiales: quozum persone de-
putate sunt ad charitatis opus. v3 ad mutuū
cum ceteris obsequijs ibi requisitis: et sic lo-
carunt tam operas suas: quam industriam
et personam pro mercede. Ergo talis con-
tractus locationis: sed et lucrum in eo pro
mercede speratum et promissum: est vtile rei
publice quare et iustum: q̄ conforme ratio-
ni: ergo illi duo denarij cum sint pars talis
mercedis sunt iusta solutio: et per cōsequēs
iustum sūpēdiuz pro eadē mercede. Et tñ
in prefato libello amici sepe et sepius repeti-
tur q̄ est iniustum lucrum: ex hoc ascriben-
do tam ministris q̄ dominis pij montis vt
cium viure: De quo non valde contristari
debent: q̄ et domini Jesu doctrina et apo-
stolice predicationes maiores passe sunt ca-
lūnias. Magis autem compatiendum est
amici passionibus quibus disponebatur ad
tales recreatiuas locutiones: q̄uis forte ha-
buerit bonum zelum: sed certe non secundū
dei scientiam. ¶ De his autem nec plura.
Infra enim clarius respondebitur ad hu-
iusmodi motina: pro nunc sit satis: q̄ ex ra-
tionabili ista deductione probatum est: q̄
illi duo denarij: non modo non sunt excre-
scencia viciosa: ymo lucrum iustum factum
ex contractu requisito in bona politia. Et
per consequens etiam patet licitatio sancti
montis. Sed et rationabilis inductio ad ta-
les montes errigendos: Que omnia inclu-
duntur in probatione huius p̄me rationis.
¶ Nunc ad probationem secunde rationis



manum porrigo. Ante cuius formationem est premittendus primo secundum Seco. in. iij. di. vij. q. i. q. preceptorum aliqua sunt de iure nature. Aliqua de iure positio. Illa dicuntur esse de iure vel lege naturali: quorum veritas est nota ex terminis. unde sicut in speculabilibus principia statim cognoscuntur notis terminis ut patet dicendo. De quolibet. dicitur esse vel non esse. Omne totum est maius sua parte. Ita in practicis. Unde notis terminis statim assentimus huic principio practico. Omne bonum est acceptandum: malum est fugiendum. Deus est honorandus: Et sic de similibus. Et si volumus figuratim et grosso modo loqui: possumus dicere aliqua esse de lege nature quando ad illa naturalis ratio inclinatur: vel quando habemus ad ea naturalem quandam impetum et sic quia etiam sine lege scripta disponimus a natura amare deum: cognito quid importatur nomine dei: et benefacere proximo. Ideo talia dicuntur esse de iure nature. De lege autem positiva esse dicuntur omnia contenta in scriptura pro tempore: pro quo sunt obseruanda: et non sunt nota ex terminis: ut quod deus sit colendus immolatione bestiarum: vel oblatione eucharistie: vel cantationibus psalmodum et huiusmodi. Et sic omnia contenta in scriptura diuina et ecclesiastica sunt iuris positio: quia loquendo etiam figuratim ad illa ex appetitu naturali absolute non inclinamur. sed facimus ea tamquam obligati statuto dei vel hominum. Premittitur secundo. quod ut colligitur a philosopho primo rethoricorum et a Jo. An. in mercu. reg. possessor. ius naturale et ius positium aliquatim conueniunt: et aliquatim differunt. conueniunt namque quo ad suam rectitudinem: Ex quo enim utrumque ius consistit in quadam rectitudine quia aliter non esset ius: ut bene probatur per Isidorus libro quinto ethimo. c. iij. et ultra. Non tamen illa eorum rectitudo est diuersa: ymo est eadem licet aliter sumpta: Quia quod in iure naturali absolute dicitur: hoc positium ius determinate specificat. Exemplum. ius naturale vult fures puniri: maleficos non viuere: Ita: ad hoc habemus impetum naturales: sed quod si puniatur vel sic puta morte vel alia pena: ad hoc non habemus inclina-

tionem naturalem: et sic non est de iure nature: sed est tantum de iure positio: et ad placitum illud condentium. Sic possumus exemplificare in naturalibus. Unde loqui est homini naturale: quia ad hoc habemus naturalem impetum: sicut ad manifestare illud quod mente concipimus: et sic debet intelligi dictum Aristote. primo politicorum dicitur: quod sermonem habemus a natura: et tamen loqui hoc vel illud ydionia: est ad placitum. Et eodem modo dicatur de honorare deum absolute: quod est legis nature: sed honorare ipsum sic est legis positio. Et ita patet: quod conueniunt hec duo iura in rectitudine quia rectitudo iuris positio est rectitudo iuris nature: sed magis specificate. Differunt autem: quia ius naturale offert se statim intellectui notis terminis. et sic est in corde nostro scriptum sine doctore extrinseco: Sicut dicit Paulus Ro. i. cum gentes que leges non habent: naturaliter ea que legis sunt faciunt: et ostendunt opus legis scriptum in cordibus eorum. hec ibi. Sed ius positium non sic se offert: et ut patet in dictis exemplis. Differunt etiam: quia ius nature est idem apud omnes. dicitur enim ius vniuersale: sed positium diuersificat secundum diuersas patrias: et ideo ut sic non est commune omnibus: sed proprium. Et ex dictis hic supra sequitur corollarie: quod benefacere proximo ut subuenire necessitati sue et indigentie est de iure nature quia abstracto omni precepto ad hoc omnino habemus naturalem impetum: vel naturaliter inclinamur ad istud. hoc dicunt expressit theologus in. iij. di. xv. loquentes de clemencia. Benefacere autem ipsi proximo per hunc modum vel illum puta mutuando vel comodando vel instituendo montem pietatis est potius de iure positio: quam nature: ut patet per dicta supra licet possemus dicere quod in casu necessitatis extreme donatio panis vel alicuius restauratis: esset de iure nature imo in casu est non extreme necessitatis donatio superfluo: esset de iure nature cum debitis circumstantiis: Sed ista non sunt presentis considerationis: sufficit quod mutuum montis est de iure positio. Ad ista premissa arguitur sic. Ad licitatio-

nem suam. Actus et operationes conformes tam iuri nature quam positio sunt recti et liciti. Sed actus contractuum montis sancti sunt et huiusmodi ergo. et cetera. conuentio nota: et maior probatur. Quia peccatum non est aliud quam non conformari legibus in agendo: vel quam transgressio preceptorum naturalium et positio rum ut habetur a theologis in secundo. di. xxxv. sic rectitudo operationum attenditur penes conformitatem iurium includentium rectitudinem debitam. Ad hoc etiam probatur. Quia in monte pietatis duo sunt preteritum tractus: quos mordent emuli nostri. scilicet locationis et mutui. Rectitudo autem primi contractus iam supra hic patuit: et infra etiam patebit in secundo et tertio articulis. Et ratio monstrat: quia ibi seruatur equalitas quantitativa requisita ad iustum contractum locationis: sicut et ad omnes contractus fundatos in iusticia commutativa. Ergo non oportet laborare ad probandum conformitatem suam iuribus predictis. probatur ergo tantum de mutuo: quia est contractus principalis: et principaliter intentus in casu montis: Sic arguendo illud est conforme iuri naturali ad quod inclinamur a natura rationali vel ad quod habemus impetum et cetera. Sed ad subueniendum pauperi inclinamur naturaliter: et etiam ad subueniendum per mutuum inclinamur in aliquo casu: quando scilicet non habemus alium modum subueniendi. ergo ad subueniendum pauperi per mutuum est conforme et cetera. Similiter illud est de iure positio quod inuenitur scriptum in legibus scripture sacre. Sed tam subuentio pauperis absoluta quam determinata per mutuum est sepe ac sepius repetita in legibus sacre scripture. ergo et cetera. Et ideo sequitur de primo ad vltimum: quod ex quo contractus principalis montis pauperum est ipsum mutuum: quod est conforme iuribus continentibus leges salutis nostre: illud est equissimum et sanctissimum. Nec est aliquis ita iniquus qui non ponit obiectionem passionis ipsi intellectui contraueniat huius probationibus: et sic licitationi contractus huius: quia agere conformiter dictamini naturali regu-

lato per rationem est sufficiens saluare quoscunque etiam nutritos in nemoribus. sed statim insurret aliquis contra hec dicens quod qui monti aduersantur: bene concedunt mutuum montis: sed mordent ex crescentiam mutui. Ad quod ego. Nec nos sumus ita fatui. quod illam ex crescentiam laudemus. Quis enim ita inuehitur contra palios aut publicos siue expressos contractus usurarios: sicut iste benedictus ordo: Nec mirum: quia ex quo excutimus a nobis pecuniarios redditus: nec cupimus possessionum prouentibus uti: nec in illis emendis agitamus tutum sine proclamamus contra tales: quia non timemus quod digito et lingua nobis dicatur: et tu de illis es: licet in principio inuectuarum prenominarum dicat amicus noster: mirandum esse de religiosis qui sunt duces populorum concedentibus mentem impietatis. Utinam: utinam ecclesia dei multos haberet predicatores tales: qualis est ille: contra quem obloquitur tunc libelli compositor sed ad casum nostrum redeamus. Ad illud ergo quod obicit: quod concedunt montis mutuum sed exprobrant ex crescentiam: respondebitur ista: quod in hoc charitativo mutuo: et mutuum est et equalitas iustia: quod precise tantum redditur: quantum acceptum erat: licet accidat huic mutuo montis. quod ex quo mons positus est pro officio publico: non fiat contractus mutui sine contractu locationis: quare sicut locatio que accidit mutuo non viciat contractum mutui: ita nec duo denarii accepti pro locatione viciat ducatum redditum pro mutuo: quia illi accidunt tali mutuo. Sed ad hec non me extendo nunc: ne preueniam solutiones et promissum. Et ideo ex quo secunda ratio complete probata est ad aliam declino. Et pro introductione tertie et vltime rationis notandum: quod sicut potest colligi tam ex doctrina Ari. iij. de anima quam aliquatim ex dictis in ratione precedenti. In principiis practicis non cadit faciliter error quoniam ut videmus omnes ad illa consentimus notis terminis. Unde loquendo moraliter omnes concedimus nulli esse iniuriam: vel nullum esse damnificandum. Et similiter loquendo christiane concedimus



fugendas esse fornicationem et huiusmodi:
Ita quod in istis vniuersalibus nunquam erramus.
Nec mirum quod sunt tanquam quedam principia
per se nota. In quorum cognitione nunquam est
error. Dionysius in methaphisice dicit Ari. In fo-
ribus quis delinquet: hec ibi. Sed quando
sumuntur minores vel singulares sub illis
vniuersalibus: ibi consistit difficultas: quod hunc
actum esse iniuriam proximi vel eius damnum
et sic de alijs: non omnes concedimus. Ap-
plico hoc in nostro proposito. Nam usura esse
fugienda tanquam reprobata: utraque pagina: nul-
lus dubitat aduersarius. n. et sui sequaces con-
ueniunt nobiscum in ista vniuersari: sicut: et
conueniunt in hoc: quod omnes contractus usu-
rarij sunt exprobandi: nec unquam in talibus
erramus. Erramus autem in sumendo mino-
res sub illis quia descendere dicendo. Iste
contractus est usurarius: et scire specificare
et singularizare hunc vel illum vel alium con-
tractum esse usurarium: hoc opus hic labor
est. et in hoc consistit difficultas. Et sic error
compositoris libelli: cui tamen ascribo erro-
rem plus propria prefixum voluntate: quam ex
ignorantia vera firmiter namque credo: quod pre-
fatio aduersario ex quo est competenter litte-
ratus: constet de valore iusticia et rectitudi-
ne contractuum montis: licet spiritu nescio
quo ductus: quandoque verbis: quandoque con-
tentionibus: et demum scriptura contraue-
niat. Et secundo est notandum quod ad bene
iudicandum de contractibus montis an sint
liciti vel non: omnino hic oportet premitte-
re breuem declarationem de usura: cui pos-
simus applicare hunc contractum: et sic de
eo rectam ferre sententiam. De usura autem
ut pronominatus. Jo. An. dicit in mercu. reg.
peccatum due inueniuntur descriptiones.
Quarum prima est: quod usura est lucrum ex
mutuo pacto debitum vel exactum. Alia est.
Usura est quicquid sorti accedit: Et intelli-
ge ex pacto vel intentione precedente: quod ali-
ter non esset completa: Sed sic glossata am-
be coincidunt et completam continent veri-
tatem: licet prima sit vsuaria a doctoribus in
qua vnum ponitur loco generis. s. lucrum ex
mutuo quod est materiale in ista descriptio-
ne. Aliud autem est loco forme vel forma-
le in ea. s. exactio lucri: vel obligatio pacua

lis: siue intentio mentatis: que etiam sine ex-
teriori pacto complet rationem vsure: vti ali-
as habet videri. Et sic patet quod ad rationem
vsure requiruntur duo: vnum materiale. v. z.
lucrum ex mutuo sorti accedens: et aliud for-
male. s. praua intentio vel exterius pactum.
hic autem non distinguo de usura mentali
que contingit per solam illam deprauatam
intentionem: et usura reali. Quia hic non
intendo tangere in ista materia nisi quantum
spectat ad propositum: et non plus. Et in hoc
inuetiuarum auctor magnam nobis dat
admirationem: qui volendo diffinire usuram
ita fatigatur implendo folia: ac si scripisset
iudeis. vel disputasset de re ad intelligendum
difficillima: cum sufficisset simplex declara-
tio de ipsa ad formandum suam rationem.
Sic in casu nostro similis expositio vsure
sufficit. Et dictis autem patet colorarie: quod nu-
quam licet accipere aliquid ultra sortem ratio-
ne mutui. Et notanter dixi ratione mutui:
quod casus illi positi a doctoribus tam theolo-
gis. xv. di. iij. quam canonistis ff. ti. de vsuris. in
quibus videtur concedi aliqua solutio ultra sor-
tem ratione mutui: et sic nec usura. Sed con-
ceduntur alio respectu iusto in contractu mu-
tui tunc contingat illud accipi. Vnde ut dicit
Alex. nr. iij. per. q. xxxvi. memb. iij. articulo.
ij. licet fideiussor: qui soluit vsuras creditori con-
cedat: quod possit eas repetere a debitorum pro quo
fideiussor: non tamen ex hoc conceditur usura
quod non intendit fideiussor proprie accipere ul-
tra sortem: ymo ac si totum sit capitale simi-
liter si debes hic soluere centum ad certum ter-
minum: quod quod non fecisti: oportuit me accipe-
re ad vsuram: teneris mihi restituere illas: et
seruare me idem. sic dicat de clerico per-
cipiente fructus ultra sortem: ut in. c. i. de vs. et
de genero accipiente a socero. et. ut eo. ti. i. c.
salubriter. Et ita de omnibus alijs similibus
quos vide in cap. conquestus eo. ti. per pa-
nor. et alios doctores. Illud ergo ultra in il-
lis casibus sumptum est: aut ut vitetur dan-
num: ut sit quando petitur ratione interes-
se: aut ut satisfiat iam habito damno: ut qua-
do petitur pro indemnitate et huiusmodi
Stat ergo et certum est: quod ratione mutui
nunquam accipere licet aliquid ultra sortem ut
optime probat ibidem Alex. noster vbi supra

et q. lvi. per totum: et alij theologi: ut supra.
Que omnia sunt valde notanda in ista ma-
teria: quia multum deseruiunt presertim in
secundo et tertio articulis sequentibus.
His itaque premissis notabilibus: nunc for-
matur ratio hec. Tertia et vltima pro pro-
posito principali breuiter sic arguendo con-
tractus mutui in quo nullum est lucrum: non
est usurarius. p. de se. Sed contractus mu-
tui montis nostri est talis: quia ibi ultra de-
narios acceptos mutuo nihil redditur quod
sorti accedat: Illi enim duo denarij sunt al-
terius contractus. ergo. et. confirmatur. Con-
tractus mutui in quo non erigitur neque in-
tenditur nisi quantum mutuatum est: non
est usurarius. 2. Mutuum nostri casus est hu-
iusmodi: ut patet intelligentibus illud sine
passione: quia mutuantes nec intendunt: nec
paciscuntur nisi de redditione capitalis. er-
go. et. Confirmatur contractus vbi nullum
est mutuum non potest esse usurarius ut p. de
diffinitionem hic supra data: et per om-
nes theologos et canonistas concludentes in
solo contractu mutui contingere usuram.
Addatur ergo hec minor. Contractus: quo
acquiruntur illi duo denarij: non est mutuum
nec mutuo necessario annerus: quia sunt de-
narij contractus locationis: qui potest separari
a mutuo: et nunc accidit: quod sit in hoc contra-
ctu mutui: ergo sequitur: quod talis non est con-
tractus usurarius: et per hunc nec illi duo de-
narij sunt usura. Quod erat probandum. Et cer-
te valde esset mirandum: si hi qui ore con-
tradiciunt: ita corde sentiunt: Cum ipsi infi-
deles si conuenirent nobiscum in his que sunt
fidei: perciperent ratione clara contractus mon-
tis non esse usuram. Sed vti nam contradi-
centium ignorantia non sit affectata: que in
hoc casu tanto esset grauior: quanto eorum
pauasione retrahunt multi a sancto hoc ope-
re: et impeditur mons pius ab augmento.
Non est igitur ab oratione cessandum: si
forte dignetur benignas deus auferre vella-
men de cordibus male sentientium de san-
ctis contractibus prefati montis.
Propositis tandem cum breui discursu tri-
bus rationibus predictis: quas facillime po-
tuissim multiplicare: et nouas non minus
fundatas quam gratas addere mi prolixitatis vi-

cium me retraxisset. Ad secundum articu-
lum descendendo in quo pro confirmanda ve-
ritate conclusionis sancte euacuabuntur et
soluentur argumenta falsa: quibus amicus
noster in libello suo conatur probare puer-
sitatem et illicitationem sepe memorati mon-
tis faucat nobis pietatis fons: pro quo pie
laborare volumus.

Articulus secundus. In quo soluentur fal-
sa argumenta posita in libello inuetiuarum.
In principio presentis apolo-
gie distinguebatur contractus
totus in. iij. articulos: Quorum
primo dei gratia sufficenter ter-
minato: nunc introducitur se-
cundus. In quo soluentur argumenta in-
uectiue sonantia contra primam partem con-
clusionis: quod mons pietatis sit illicitus et per-
uersus. Ad quod probandum amicus no-
ster siue compositor libelli sic primo arguit.
Omnis contractus mutui: in quo puer-
titur finis principalis ipsius mutui. est puer-
sus et illicitus. Sed contractus mutui: in ca-
su montis est in quo pueritur. et. ergo est puer-
sus. et. consequentia nota cum maiori: et mi-
nor probatur. Presupposito quod finis prin-
cipalis mutui: sit subleuatio indigentie pro-
ximi. Adodo in mutuo montis pauper non
subleuatur a sua indigentia: ymo illa in eo au-
getur: et sic fit pauperior. patet: ex quo subtra-
huntur sibi. x. hec formalis ratio sua. In cu-
ius probatione satis mirandum est de isto
viro quod assumpsit tantum laborem: cum nullus
sane mentis posset negare illam suam maio-
rem. videlicet quod contractus mutui est puer-
sus in quo pueritur. et. et tamen impleuit folium
hanc probando. et ut credo: ut det appentiam
inuetiue sue saltem ex verborum multipli-
citate. Ante responsionem autem formalem
rationis prefate: vellem quod idem raderet de li-
citatione huius casus: Princeps instituit officium
in ciuitate: quod vocat officium donationis
Reponit enim. x. mille ducatos in erario:
et vult quod per annum sint dispensati. donan-
do ciuibus pauperibus. quorum sba tempo-
ralis non ascendit ad summam. ioo. duca-
torum. Prescicit autem duos ciues su-
per hoc officium: nec aliquod stipendium dat
eis: nisi quod statuit: quod scribant nomina ciuium



quibus erogant de illa pecunia: & scribant probationem q̄ sint pauperes secundum limitationem statuti: & pro labore exigant ab uno quoq; duos denarios: quorum summa erit stipendium suorum laborum vel obsequij prestati pro pauperibus civibus. Dicat queso iste noster exercitator. An denarii duo etiā multiplicati vsq; ad 50. ducatos sint non dico vsura: q̄ hic nō est mutuum: sed an sit iniustum lucrum: certe non erit ita fatuus: vt concederet lucrum illius officialis: si aliter non defraudat. Ex quo enim nemo militat stipendijs proprijs. i. cor. viii. & officialis ē quasi cōductus a civibus: Ratio erigit: q̄ ex locatis operibus recipiat competentis salarium. Et tamen hic est solutio duorum denariorum & in contractu magis gratuito. & liberior: q̄ sit mutuum: non tamen dicitur: q̄ p̄sertim finis contractus donationis: & solutio etiam forte inuoluntarie duobus denarijs. Hoc premissis responderet nunc formaliter ad suam rationem. Concessa. n. maiore: negatur minor. Ad probationem concedit q̄ finis mutui sit subleuare proximū a sua indigentia: sed negat q̄ in isto mutuo non sit talis subleuatio: cum nisi fuisset hoc mutuum: videretur aliquid de sua substantia: vel deuenisset ad voracitatem iudeorum. Et quā non credit aduersarius huic subleuatiōi propter tale mutuum: inuestiget a pauperibus: ipsi dicent ipsi hec protestabuntur. Ad probationem autem sue minoris. s. subtrahuntur civi. x. de substantia sua: ergo magis aggrauantur. Respondetur q̄ magna pars errorum sic arguentis: stat in hoc: q̄ iudicat indistincte in contractu montis ac si esset vnus contractus solus: & ostendit non habere practicam in formalitatibus. Sciendum ergo: q̄ in contractu istius mutui non subtrahuntur huic mutuatario illa. x. p̄: ex quo mutuans non recipit vel sibi non applicat nisi quantum mutauit: & sic cum ipse mutuatarius: precise reddat capitale: non ex hoc efficitur pauperior: nec augetur indigentia sua: ratione mutui. Illa autem. x. data a recipiente mutuum sunt solutio officialis pro stipendio obsequij prestati: quoniam locauerat operas suas in tali exercitio: vt infra magis patebit. formaliter autem respondendo negatur illud antecedens. s. q̄

subtrahantur illa. x. r̄. s. a mutuante: q̄ nec mutuanti adueniunt: nec monti: ergo non subtrahuntur in contractu mutui licet datur in contractu locationis: quod apud omnes licitum est. Item illud antecedens est falsum: q̄ si subtrahuntur denotat iniustam siue violentam acceptionem. Illa autem. x. data ministro montis non sunt. ab eo iniuste accepta: ergo nec sublata: ex quo data sunt ex contractu locationis: vt dictum est: sicut nec minister camere donationis in casu premissis: iuste accipit illos denarios: & sic nec subtrahit: quia sunt premium laboris sui. ita dicatur modo in casu seruitorum montis. Quid ergo ad iniustitiam mutui montis q̄ mutuatarius soluat alicui pro seruicio sibi prestito etiam cum casu contractus mutui. dum modo semper in illo mutuo non exigatur: nisi quantum mutuum est. Accidit enim rationi formali mutui: q̄ interueniat minister laborans: & sic querens premium pro suo labore: nec istud variat vel viciat mutuum in quantum mutuum vel rationem formalem mutui ex quo semper isto redditur precise tantum quantum fuit acceptum. Et hoc est valde notandum in ista materia: q̄ ad multa infra dicenda deseruit: sicut & in contractu donationis premissis accidit: q̄ officialis camere velit duos denarios quorum solutio etiam minuens donum nullo modo variat vel viciat contractum donationis. Et sic patet falsitas probationis minoris. Ex dictis etiam patet: q̄ primum non obstat in inuectiua: non est ad propositum: q̄ in mutuo montis nullum est lucrum: sicut in mutuo vsure & sic non grauat iste ex mutuo montis sicut ex mutuo vsure similiter patet: q̄ secundum non obstat: ibi non est etiam ad propositum quia non dicimus casum montis licitum et licitum esse: quia si etiam istam pecuniam mutuo acceptam perderet ludo: & in nullo actu comodum reciperet sufficit q̄ quantum est de natura mutuantis & mutui subleuet indigentiam: hoc est: est aptitudo vel dispositio ad subleuare. Quare tandem patet q̄ illa philateria secundi non obstat: nō erat necessaria: nisi ad implendum folia vel ad dandum apparenti-

am uerbis suis. **S**ecunda ratio. Omnis contractus mutui in quo pervertitur natura & ratio ipsius mutui est puerus & illicitus. Iste contractus mutui in casu montis est: in quo pervertitur natura. r̄. ergo est puerus. r̄. Consequenter nota cum maiori & minor probatur quā tum ad primam partem: Natura enim mutui est: q̄ sit gratuitum non modo in quantum mutuans nihil recipit in se ultra principalem sortem: sed etiam q̄ mutuatarius non cogatur ex pacto vel intentione soluere aliquid alicui tertio ultra illas principales sortes & id ex hoc probatur pueritas mutui: cum pauperes mutuum accipientes ab ipso monte: pacto & statuto teneantur soluere illa decem ultra sortem. ergo. r̄. Probatur etiam minor quantum ad secundam partem: scilicet q̄ in contractu casus nostri pervertatur ratio mutui: que stat in omnimoda liberalitate in contractu enim predicto ex quo coguntur pauperes soluere illa decem sequitur q̄ non sit liberum mutuum & sic viciatur ratio ipsius: quare. r̄. Nec est formalis ratio sua: quam ipse tamen iudicio meo paruo multiplicibus confundit verbis. Ad hanc igitur rationem respondendo: concedatur: maior: licet inutili discursu probet illam ac si scripsisset omnino ignorantibus theologicas conclusiones ac sacros canones: & quamuis alleget aliqua capitula: que nihil deseruiunt ad propositum suum. Et minor negatur quantum ad vtrāq; partem. Ad probationem prime partis concedo q̄ natura mutui debet esse gratuita: licet vane fatigetur hoc probando: & negatur q̄ mutuum montis non sit gratuitum. Pro quo notandum q̄ valde differt dicere mutuum montis esse gratuitum: & contractum montis esse gratuitum. Primum enim dictum est necessarium: aliter esset viciosum illud mutuum. Et secundum non: ex quo in contractu montis sunt plures contractus specificē distincti: quorum aliquis non est gratuitus vt p̄ hoc premissis patet falsitas probationis minoris. licet enim contractus montis non sit omnino gratuitus: q̄ locatio operarum officialium non est gratuita: tunc enim esset donatio non locatio: non tamen ex hoc sequi-

tur q̄ mutuum montis non sit gratuitum: quia omnino est gratuitum cum ultra rem mutuataz: nihil ex pacto formaliter accipiat ipse mons mutuans. Et cum arguitur: ita est contra gratitudinem mutui: q̄ accipiens mutuum obliget dare aliquid ultra sortem alicui tertio: sicut principali mutuati concedo: quā illud: quod ultra datur: datur tāquā ex crescitia vel lucrū mutui: vel datur in fauorem mutuantis: vel vtilitatem suā vel cuiuspiam suorum in casu autem nostro: nihil: horum contingit: quia illa. x. data nō adueniunt: sortem nec ipsi mutuanti: nec ipsi tertio nomine mutuantis: vel ad vtilitatem mutuantis: sed tamen respectu alterius contractus: in quo nō requiritur necessaria illa gratitudo. Iste autem alius contractus accidit contractui mutui & sic non viciat formaliter naturam mutui sicut: vt p̄dixi: esset contra rationem donationis: q̄ donatarius ex ratione donationis obligaretur reddere aliquid de re donata: & tamen soluendo camerario predicto aliquid modo exposito: nō est contra naturam ipsius donationis Amicus autem nō sic distinguit: nec formalitati huic attendere voluit. Stat ergo in casu nostro. q̄ mutuum montis sit gratuitum: & sit licitum & sanctum. Et sic p̄ falsitas prime partis minoris. Pro ratione secunde partis eiusdem minoris que est falsa. Nota q̄ nō inueniret ad bonū sensum dicere: q̄ in propositione sua p̄supponit vnum falsum: v. g. ratio contractus mutui stet in omnimoda liberalitate. Si. n. staret in omnimoda liberalitate: nō teneretur mutuatarius ad restituendum & sic trāfret in donationem. In nullo. n. contractu ē omnimoda liberalitas: nisi in sola donatione vt p̄ intelligenti terminos. & h̄ hoc Sco. in. iij. di. xv. q. ij. Si tamen intelligit q̄ mutuum debet esse liberale p̄pter hoc q̄ ultra rem mutuata nō requirit aliquid bene sentiret. Sed ad hunc sensum nō ducunt verba sua. Adodo ad propositum nostrum capiēdo liberalitatem secundo modo concedo q̄ illa est de ratione mutui: & nego q̄ in casu nostro nō seruetur: & falsa est probatio sua. s. q̄ ratione mutui soluatur. x. pro centenariis: quia illa. x. nō paciscantur in contractu mutui: vt mutuum est: vel sub ratione formalis mutui: vt sepe dictum est ergo stat liberalitas necio requisita in contractu mutui: nō



fit hec liberalitas i contractu mōris absolute nec regraf ut iā hic supra declarauit. qf. rē.
Tertia ratio. Omnis contractus mutui qui est contra iusticiā: est peruersus et illicitus: sed cōtractus mutui de quo in casu nostro est contra iusticiā. rē. consequentia nota cū maiori: et minor probatur: quia ex quo mutuuum est species iusticie cōmutatiue que consistit in equalitate quantitatis: et hec nō seruatur i cōtractu mutui mōris: quia plus redditur q̄ accipiat cum reddantur. iio. et accepta erāt. ioo. tñ ergo. rē. formaliter hec est ratio sua: pro qua o quot inutiliter multiplicat verba. Responsio autem ad illam est facilis per iam dicta. Concessa eni maiore: negatur minor: q̄ in cōtractu mutui mōris: datum equalitatem habet cum accepto. Utrobiq; enim. ioo. sunt. Illa autem. x. non includuntur in mutuo formaliter sumpto. licet enim mutuans materialiter. s. minister montis accipiat illa. x. non tamen vt mutuans formaliter: nec ponit illa. x. in principali sorte centum mutuatorum: ymo distribuit pro familia sua tāquam stipendium. rē. quare sequitur q̄ nulla est in equalitas respectu mutui: sicut nec respectu locatiōis: ergo. rē.
Quarta ratio. Omnis cōtractus mutui qui est contra charitatem: proximi est puerus et illicitus: Iste cōtractus mutui de quo in casu nostro: est huiusmodi: et est illicitus consequētia nota cum maiori: et minor probatur: q̄ inferre maluz alicui proximo quo ad bona temporalia est ita contra charitatem sicut inferre contra bonum persone ipsius proximi: quando hoc fit sine legitima et sufficienti causa. In casu autem montis infertur hoc malum sube proximi: cum auferantur sibi. x. vltra. ioo. De qua illatione mali nulla est causa sufficiens. ergo. rē. In hoc stat formaliter ista. **Q**uarta ratio plena verbis modo suo. **A**d quam respōdetur: concedendo maiorem: et negando minorem. **E**x quo enim ex mutuo montis fit vtilitatis pauperib; nō pōt ex eodē mutuo i ferri dānum eis. **A**d probationem que dicit auferuntur. rē. **R**espondetur: q̄ satis est alicui mutuari: et hoc libere et gratuite absq; eo q̄ sbeat expensas contingentes ad habendum ipsam rem mutuataz. **A**d dōs

igitur mutuatur libere et charitatio: vt sepe dictum est: et illa. x. data pro alio contractu nō impediunt charitatem mutuatis. **E**t ideo formaliter respondendo negatur: q̄ mons pro vt mutuans inferat dānum illoz de cem vt montis aduersarius presupponit: et falso ascribit sacro monti: et sic clara est falsitas minoris: et per consequens totius rationis ymo omnium quattuor. rē. **I**ndolitis igitur predictis q̄tuo: rationibus: que quasi eundem modum concludendi habent: auctoz libelli voluit se ad repellendum: si posset rationem vnam pietatis amatorū et amicorum pauperū: licet ex quasi affectata ignorantia sua nesciat ipsam replicare. **D**icit ergo: q̄ si responderemus q̄ illa. x. subtrahuntur pauperibus ad satisfacienduz ministris montis: non valet. rē. **M**os autem non vtimur illo verbo: subtrahō: sed appropriate loquendo respondemus q̄ illa decem dantur ministris: a recipientibus mutuuum iuste: q̄ debita pro mercede eorum et contractu locationis. **Q**uam responsionem volens prefatus compositor inuectiuarum impugnat: facit longam digressionem: quam ita confundit diuersis motiuis inordinate positis q̄ esset impossibile illam formalizare: nisi implendo plura folia. q̄ ipse. **O**porteret enim repetere inutiliter et ordinare: que ibi confuse dicuntur: et tunc responsionem formalem ponere: quod esset vanum. **L**onabor ergo tāgere motiua sua in quibus aliqua vis apparet: et soluā. **D**icit ergo q̄ ex quo illi de mōre voluntarie mutant: cum non obligentur: Ita gratuite debent mutuari: q̄ pauperes in nullo grauentur in mutuo accipiendo: et si grauant eos etiam respectu idēnitatis sue mortaliter peccant: sicut non licet mercatoribus vendere merces plus iusto precio: ad hoc vt seruent se idēnes. **E**t sic non licet genero danti dilationem socero de soluenda dote: accipere certos denarios pro libra ad supportanda onera matrimonij: et hoc durante dilatione. **N**ec etiam licet mercatori mutuanti pecuniam alteri: cum qua sperabat lucrum: ex mercibus emendis accipere in termino solutionis illud lucrum. rē.
Pro responsione talium obiectionum: et quasi cauillationum est notandum: q̄ vt di

cti in principio apologie intentio principalis est non modo probare licitationem montis pietatis: licet breuiter: quia pro ista tot sunt rationes publica declamatione deducte: q̄ illum nunc quasi tota italia approbat paucis exceptis: quos exprimere non est opus: sed etiam expellere falsas calūnias et argumenta presentia apparentia sancto huic mōti repugnantia. **P**ro his autem soluendis multum prodesset inquirere: **A**n et quō mutuans ratione idēnitatis accipere possit conscientia tuta aliquid vltra sortez. **E**t ne exeamus campum certaminis: est sciendum q̄ sicut absolute dicere: q̄ semper et indifferenter liceat deduci in pactum idēnitatē quācūq; v3 lucri cessantis et dāni emergentis in contractu mutui est nimis largum: et sic periculosum ita absolute affirmare q̄ nūq; hoc liceat est nimis strictum et sic valde onerosum. **N**ec inuenitur theologus aut canonicus qui bene intellectus hec unquam asseruerit oportet ergo in recitando eorum dicta: et sententias allegando: q̄ profundius perscrutemur. vt vero pro p̄senti materia et pro argumentis amicis: cautio debita et ratio sufficiens habeatur: **P**ono hic duas sequentes veritates declarantes licitationem vel concessionem prefate idēnitatis in contractu mutui: **Q**uarum prima est hec. **L**icitum est aliquādo mutuanti pensare dānum emergens: et procurare idēnitatem suam: immo illam in pactum deducere. hanc expresse ponit. s. **T**ho. 2a 2e. q. lxxviii. ar. ij. in solu. primi arg. cum quo concordant doc. in. c. conquestus de vsu. l3 ipsi postea distinguant de dāno vel interesse intrinseco vel extrinseco: q̄ non est nunc necessariuz discutere. sed quid ad dictum eiusdem **T**ho. quod allegat aduersarius in. q. de malo. q. xiiij. vbi dicit q̄ mutuas durante contractu mutui non potest petere interesse dāni emergentis aut lucri cessantis: hoc haberet soluere compositor in actiue ne posset ascribi tanto doctoz: q̄ cōtradicat sibi in 2a 2e nuper allegata. **R**espōdeo igitur ad hoc q̄ dicta hec duo. s. **T**ho. rationabiliter intellecta non repugnant: immo ambo sunt vera. **D**ictum enim in. q. de malo sicut habet intelligi: q̄ mutuans: qui non cauit sibi ante contractum mutui: qui

sunt ad finem sumitur ex fine: quaz. s. **T**ho. p̄ nobis rōne destruit aduersarij: q̄re. rē. **S**ecūda ratio ad cōclusionē talis ē. **D**is p̄ctus mutui in quo puerfus natura ipsius mutui: est puerfus et illicitus contractus de quo supra ē h̄mōi. ergo. rē. **A**d hanc rationē similiter data cōsequētia cū maiori negaf minor. **A**d p̄bationē. **D**is cōtractus mutui in quo aliquid erigit vltra sortē est i quo puerfus natura mutui. **S**z iste p̄tractus mutui est i quo aliquid erigit vltra sortē. ergo. rē. **R**ūdet negādo iterū minorē: q̄ in cōtractu mutui de quo supra nihil accipit mōsvl tra sortē: vt inaniter vociferat aduersarius. **N**ec q̄ n̄ noic mōtis p̄ mutui: vt dictuz est: et p̄ per euidētiā facti. **S**tatutū enim vt p̄ scienti legere: nō dicit q̄ pauperes soluat aliquid mōti sed tantū officialibus: quare. rē. **T**ertia ratio ad conclusionem talis est. **O**mnis contractus mutui qui est contra preceptum diuinum est puerfus et illicitus. **T**alis est contractus mutui mōtis. ergo. rē. **A**d hanc rationem p̄iformiter respondendo negatur minor. **A**d probationē. **R**espondetur q̄ auctoritas leui. xv. **N**e accipias vsuras a fratre tuo: nec ampl̄ quā de disti. **E**t deui. xiiij. **N**ō fenerabis fratri tuo ad vsurā. **E**t quēcūq̄ auctoritas veteris testamenti nō est cōtra nos nec auctoritas euāgelij. **l**u. vi. **A**dutū date nihil inde sperātes culpat mōtē nostrū: q̄ vt dictū est mōs seu cōitas mutuas nō grauat in aliquo pauperes accipiēdo aliquid vltra sortē: nec plus q̄ dedit: **I**deo nō facit cōtra preceptū. **Q**uod autē notat inde. i. ne ratiōe mutui: nec ratio ne alicuius naturaliter regulariter et inseparabiliter sibi annexi. rē. **Q**uicquid sit de dicto pro nūc nō est curandū. **V**idebit. n. in euacuatione respōsionis ad. i. arg. **R**espondeat tñ q̄ locationis p̄tractus et pignoris. rē. qui inibi p̄ mutui exercētur p̄ quos illa duo vel illud vnū accipiūt officiales nec naturaliter nec regulariter nec inseparabiliter mutuo anectunt: s̄z m̄re accidet aliter. **E**t mirāda insania oppositū sentiētis: quasi nō possit esse: nec sit cōtractus mutui sine cōtractu locationis pignoris. rē. **D**e quo qd asserendū sit cui? vis sane mētis iudicio relinqnamus. **E**t ex dictis itaq̄ p̄ cōclusionis falsi

tas: q̄ nec finis primus et immediatus cōtractus mutui in monte **A**dantuanano est puerfus et illicitus sed iustus et licitus cōtra primā rationē. **N**ec in eo puerfus natura ipsius mutui: sed seruat cōtra secūdā rationē ē quo q̄ s̄z diuinū p̄ceptū tā veteris quā noui testamenti: **E**t sic iustus et sc̄tus p̄tra tertiā rōnē. **E**t p̄ n̄is tā auctoritates sacre pagine q̄ canones tā dicta theo. quā philosophorū in epte apposita: cū nō p̄posito aduersarij deserviant sed opposito.

Eiusdez questuncule secunda conclusio. **T**alis contractus est vere et formaliter vsurarius et nō immunis ab omni vsuraria prauitate. **R**espondeo. **O**ppositū cōtradictoriū huius cōclusionis est verū. ergo ipsa est falsa. **T**enet cōsequētia vt supra. et antecedēs palā fiet in destruēdo eius. **i**. r. rationes quarū prima est ista. **O**mnis cōtractus mutui in quo ex speciali statuto vel pacto: seu alia obligatione p̄cedente ratione mutui vel ratione alicuius sibi naturaliter et regulariter ac inseparabiliter annexi pecunia parit pecuniam est vere et formaliter vsurarius et non immunis ab omni vsuraria prauitate sed iste contractus mutui qui est in proposito est huiusmodi. ergo. rē. **A**d hanc rationem respondetur data cōsequētia euz maiore pro nūc negando minorez. **E**t cum probatur. **Q**uia certum est q̄ cōmunitas vel mons iste siue isti mutuantes propter speciale statutum quod sic eis disponit: et etiam ex pacto quod cum pauperibus faciunt accipiunt a pauperibus ratione mutui vel saltez ratione alicuius naturaliter vel regulariter annexi et cetera vltra sortem mutuam quodlibet mēse duos denarios vel vnum. **R**espondetur q̄ nec mons seu cōmunitas mutuantis ratione mutui. et cetera. nec ex statuto: nec ex pacto nec ex facto accipit aliquid a pauperibus: nec petit nec querit nec cupit vltra sortem mutuam: nec quisquam nomine montis. **E**t miror valde horum tarditatem: vt non dicam proteruiam asserentium montem recipere ratione mutui duo vel vnum: cum hoc sit manifeste falsuz vt dictū est **L**egāt statutū: si legere sciunt: et videāt si nō h̄nt oculos vtrū statutū dicat q̄ pauperes soluat mōti: an officialib̄. **A**piāt aures sur



das & audiant: an pacta fiant inter montem & pauperes an inter officiales & pauperes. Et cum aperte inuenerint statutum decernere illa duo vel vnum officialibus: & non monti & pacta de illis esse inter officiales & pauperes vel presidentes vice pauperum & nullus pactum inter montem & ipsos pauperes vel presidentes vice ipsorum: nisi tantum de re habenda sorte: & nihil ultra sciant se cecos habentes oculos & surdas habentes aures. Pecunia igitur in proposito non parit pecuniam: sed labor optat premium & parit mercedem. Et ad id quod addit non obstat. Si dicatur quod illa duo: vel vnum proueniunt ex locatione operarum domorum & huiusmodi. Dico quod primo obstat: quod ex illo sequitur quod contractus mutui est gratuitus qui versatur inter mutuam & mutuo accipientes: sed contractus locationis innominatus. & sint mercenarii: qui versantur inter officiales & mutuum accipientes vel presidentes vice ipsorum: qui gerunt utiliter eorum negocia auctoritate publica seu principis. Et quod opponit mutuum ibi esse causam per se illius vnus vel duorum & non causam per accidens & sine qua non intermendo hoc dictum. **R**espondeo quod mutuum omnino est ibi causa per accidens occasionalis & sine qua non illorum duorum vel vnus. Occasione enim illius mutui introducunt alij contractus ibi puta locationis pignoris innominatus. &c. Quia enim mutuum dans vult esse securus de re habenda sorte sua integra sine diminutione pacifice absque litibus & expensis quod licet. Ideo alij contractus ad hoc introducuntur qui & optime deseruiunt primo necessarij sunt attenta malicia multa hominum modernorum. Et quod adducit de s. Tho. in. iij. par. sum. di. i. q. i. ar. iij. questiuicula prima: quod causa sine qua non est causa per accidens si nihil ibi omnino operetur. Si autem ibi aliquid operetur est causa per se: ut etiam dicit philosophus. v. metha. **R**espondeo quod hoc vltimum addit de capite suo: quod nec s. Tho. nec philosophus id asserunt: quod si aliquid ibi operetur sit causa per se. Aperiens enim fenestras est causa per accidens illuminationis domus & frugens trabem est causa per accidens. Def

census grauis secundum philosophum. viij. phi. & Sco. in. ij. sen. di. xv. q. vnica in responsione ad pe. argumētū pro opinionibus & generaliter secundum omnes. Et tamen vterque aliquid ibi operatur: quod remouet prohibens: operari ergo aliquid non excludit omnino causam per accidens: nisi sane intelligatur. s. q. attingat seu influat secundum propriam formam: & ex intentione principaliter in effectum cuius ponitur causa: quod hoc bene excludit causas per accidens secundum Sco. in. i. sen. di. ij. p. i. q. i. Et philosophus. ij. phisico. Cum in contractu montis nostri ipsum mutuum nec operetur: nec cooperetur secundum propriam formam ad receptionem vnus vel duorum: nec intendat principaliter illam: sed ipsa locatio ut etiam dictum est sequitur contra aduersarium: quod est solus causa sine qua non & causa per accidens & occasionalis & non causa per se. Ad confirmationem quod causa per se augmentata augmentat per se effectus secundum s. Tho. i. se. q. lxxv. ar. v. ad primum. Et in isto tractu augmentata vel diminuta pecunia in mutuo augmentatur vel diminuitur lucrum vnus vel duorum. &c. **R**espondeo quod non solus augmentata causa per se. &c. sed etiam quandoque augmentata causa per accidens augetur effectus. Ad maiorem enim vel minorem aptationem ipsius fenestre: sequitur maior vel minor illuminationis domus. Et ad maiorem vel minorem approximationem calefactibilis ad ipsum ignem sequitur maior vel minor calefactio. Et cum aperiatur fenestre & approximatō ad ignem sint cause per accidens: ut dictum est supra: Arguere ergo. Augmentata causa vel diminuta augetur vel diminuitur effectus: ergo est causa per se. est fallacia consequentis. Argumētū quoque pro parte motus adductū a simili de habente pignus apud iudeum. & cetera quod aduersarius conatur infringere egregie militat: quia sicut ille absque vicio vsure pacisci potest de interesse pro indentate seruanda secundum Sco. s. Tho. & omnes. Ita iste pacisci potest cum his qui negocia populi gerunt & eius utilitati studet accedere principis auctoritate: quod pecunia sua mutuo defert cum securitate re habenda sorte sua integra pacifice sine litibus & expensis. Ad quod exequendum ipsi deputati ad negocia populi conducunt

operarios statuentes eis iustam mercedem quod solunt de bonis ipsius populi facta diuisione secundum iusticie equitatem: ut sit in alijs collectis que imponuntur populis & in isti pro communi utilitate. Cum ergo similitudo non currat quattuor pedibus seu rotis secundum Sco. sufficit ad conuincendum aduersarium similitudo quantum ad hoc quod sicut ille iuste potest sibi cauere: ne propter suum mutuum dispendium patiat: ita & iste nec ille accipit vsuram ut vsuram: nec iste accipit quod nihil accipit ultra sortem suam. Quia de re muta fiant labia dolosa: que locuntur aduersus iustum iniquitatem in superbia & in abusione. **S**ecunda ratio principalis ad conclusionem talis est. Omnis contractus per quem aliquis de iure dicitur & conuincitur esse vsurarius manifestus est vere & formaliter vsurarius: sed iste contractus de quo supra est ille ergo. &c. **A**d hanc rationem data consequentia cum maiori. **R**espondetur negando minorem. Et cum probatur: quod illam tenent iudei vsurarij manifesti per quam conuincuntur esse vsurarij manifesti: tenet mons noster. hoc negatur. Ad probationem iudei & vsurarij manifesti tenent banchum seu mensam paratam officiales cum libris pignora & duos denarios. &c. Et ita faciunt officiales montis. ergo &c. **R**espon. probatio hec vere magis ridenda est quod soluenda. Ex hac sequeretur quod campsores qui tenent banchum vel mensam paratam officiales. &c. & accipiunt duos denarios pro floreno. essent vsurarij: quod est manifeste falsum: ut tamen ei aliquantulum differatur. **R**espondetur quod dicta probatio adducit non causam pro causa. Iudei. n. & manifesti vsurarij non conuincuntur esse vsurarij: quod teneant banchum officiales libros. &c. nec ista sunt que dent formam contractui vsurario: sed quia recipiunt ultra sortem mutuam ratione mutui principaliter duos vel tres: & ista acceptio est que dat formam contractui vsurario: & non mensa vel libri vel pignora vel solutio operarum. &c. **M**odo in contractu montis non sic est. nam mons mutuans nihil accipit ultra sortem suam sed tantum officiales locans: nec ratione mutui sed ratione locationis ideo in

monte considerantur opere & expense: & illis statuitur iusta recompensatio. Non autem recompensatur mutuo nisi tantum sortis sua integra quod & debet fieri. Si obiciatur. Quid si iudei & vsurarij haberent respectum solum ad expensas quas faciunt in famulis domibus. &c. & id tantum acciperent: & nihil ultra ratione mutui nisi tantum sortis? **R**espondeo quod non essent vsurarij. Si contra: quod istud asserere esset aperire viam vsurarijs. **R**espon. quod hoc esset claudere: quod nemo nisi pietate motus vellet pecuniam suam sic exponere. Et si fingeret se sic exponere: laboraret fraudibus: ut haberet ultra sortem & expensas: Ideo non esset permittendus passim iste contractus propter radicem omnium malorum cupiditatem: que optinet maxime temporibus his. In nostro autem monte non potest esse fictio siue fraus: cum alij sint mutuantes alij seruantes seu locantes sint etiam presidentes viri graues: docti & conscia: tam religiosi quam seculares: qui vices populi auctoritate marchionali & pontificali gerentes & eius comodis consulentes inuigilant & superintendunt: ne quid contra ordinationes sanas & sanctiones sanctissimas per summum pontificem approbatas confirmatas: & roboratas attententur statuentes mercenarijs iustam mercedem qua contenti nihil aliud petant seu accipiant: & quicquid superest: totum est mutuo accipientium: & illis equaliter redditur ad beneplacitum tempore opportuno. Examinantur quoque libri officialium & eorum computi percurruntur per viros in his peritos non suspectos sed bone fame. Et ita cuncta procedunt ut de difficili fraus possit oriri: vel orta non commoveri: hec minime habentur apud iudeos seu vsurarios ideo eorum forma longe: immo ab illa montis nostri est penitus aliena. Cum ergo faciat iudicium & iusticiam: ut quid calantantur cum superbi. **T**ertia ratio principalis est talis. Omnis contractus mutui qui est vsurarius ex intentione & forma est vere & formaliter vsurarius sed iste contractus de quo supra est huiusmodi ergo. &c. **A**d hanc rationem data consequentia cum maiore negatur minor: & eius probatio: quod. s. est eiusdem forme



specificum cum contractibus usurariis qui contractus sunt usurarii ex intentione et forma: que est replicatio superioris: quod iste pauper homo nescit implere chartam: nisi idem de ceteris repetendo eadem facilitate continentur qua probatur. Non enim ex intentione et forma est mos noster usurarius: sed magis iustus et pius. ut abunde deductum est in responsione precedente: et optime per pietatis amatoribus licet iudeorum et usurariorum fautores hoc non videant. Nec mirum. Eccecauit. n. eos malicia eorum: ut non videant: que recta sunt. Non enim aliquid peruenit ipsi monti mutuati: nisi tamen fors sua: ut miles dictum est et facti euentia: que nulla potest tergiversatione confundi videntibus manifestat. Illa duo vel unum que colliguntur ex statuto de bonis mutuo accipientium non ratione mutui: sed ratione locationis distribuunt officialibus pro mercede iusta operarum et experiarum per presidentes montis. qui eos condiderunt nomine totius populi auctoritate principis. Nec hoc est probare necesse: quod per expresse per ipsius benedicti motus irreprehensibiles sanctiones. Nec facit contra illud. ij. phi. 2. v. metha. q. causa per se est que influit in effectum qua posita ponitur effectus sed magis pro nobis: quod mutuum non influit in lucrum: sed sola locatio: nec propter mutuum ponit lucrum: ut dictum est: quod illud mutuum dans non lucrat sed propter locationem: et nisi esset locatio. etc. nullum esset lucrum. Si tamen lucrum dicendum est id quod redditur operario pro mercede vel locatori pro locatione: quod dici non potest: nisi valde impropre: ut per intelligentibus vim vocabuli Mutuum ergo est causa per accidens et sine qua non locationis in motu et per hanc lucrum: Ipsa autem locatio est causa per se. Dictum est autem: quod non inconuenit augeri aliquem effectum aucta causa per accidens: et diminui diminuta: ut exemplificatur est de aptione fenestre: et approximatione ignis maiore vel minore: ad quam sequitur maior vel minor illuminatio domus maior vel minor calefactio calefactibilis. Causa tamen seu ratio quare augmentato mutuo augmentatur pensio non ipsis officialibus qui semper habent statutam mercedem correspondentem operis et expensis

ad arbitrium bonorum virorum sed ipsis soluentibus: quam aduersarius non valet attingere est equalitas iustitie distributiue: ut collecta necessaria pro dicta solutione fienda ipsis officialibus equaliter secundum proportionem distribuatur inter mutuum accipientes: ut secundum illam regulam de reg. iur. li. vi. qui sentit commodum sentiat et onus. Et qui maius commodum: maius onus: Iuxta regulam topicam. Sic simpliciter ad simpliciter ita magis ad magis. Diminuetur tamen pensio ipsis soluentibus aucta pecunia montis: Ita ut qui nunc soluunt unum postea soluant dimidium. etc. et cum maiori mutuo ita ut augeatur mutuum: et diminuat pensio: etiam cum prozogatione temporis: cuius oppositum accidit in contractibus usurariis. Nec mirum quod illa duo vel unum non proueniunt ratione mutui nec prozogatione temporis: ut opponunt aduersarij: sed ratione operarum et expensarum quas debent rationabiliter soluere secundum proportionem illi qui mutantur. Ad illud quod addit quod lucrum est intentum principaliter: quod tunc principaliter lucrum intenditur quando sine lucro: quis non mutuetur secundum docto. Dico quod ex hoc habeo propositum contra opponentem: quod mos noster mutuans: cum non intendat lucrum principaliter immo nec secundarie: quod nullo modo intendit lucrum nec accipit lucrum immo detestatur lucrum sed solum querit rehabere sortem suam integram pacifice sine litibus et expensis quod hoc et bene non sit usurarius sed pius et sanctus. Antecedens a deo per experientiam clarum est: quod nisi animum malignis non potest dubitari. Quid enim mutuati de solutione duorum vel unius: Non enim ut impite fantastatur aduersarius mutuans non mutuetur: si pauperes non soluerent illa duo vel unum dummodo ipse esset securus de rebenda sorte sua integra pacifice sine litibus et expensis. Si enim officiales vellent gratis fiduciare et gratis exponere operas suas et expensas vel si alij a pauperibus vellent pro dictis soluere nihil ad mutantem. Non ergo intendit mutuans: quod officiales habeant mercedem vel non habeant. quod pauperes soluant vel non soluant: vel alij pro ipsis nec de huiusmodi curat: sed tantum de rehabenda sorte sua ut

supra. Quade re patet quod dictum doctorum adductum contundit pro nobis caput inimici. Officiales ergo seruientes sunt illi qui intendunt illa duo vel unum pro mercede sua et qui faciunt pactum de illis recipiendis: et qui asserunt se nullo pacto velle ibi exponere operas suas nisi in spe: et etiam de iure condigne retributionis et quibus statutum decernit iustam mercedem ut quis (nisi bubalium caput) percipere potest. Presidentes etiam qui stant ibi pro pauperibus quorum vires gerunt: et quorum utilitatibus student. institutores quoque et ordinatores ipsius montis: qui in omnibus et per omnia insistant releuationibus miserabilium personarum docti doctrine gratia: docti experientia optime norunt: quid expediat pauperibus in hoc contractu consideratis considerandis his miseris temporibus quibus refrigescit charitas seruet cupiditas simpliciter melius est vinum aqua in casu tamen infirmitatis potior est aqua vino. Qui habet aures audiendi audiat Matth. c. xiii. et c. xi. Luce. c. viij. et cap. xiiij. q. 2. c. patet igitur ex dictis falsitas perniciose conclusionis aduersus quod talis contractus sit formaliter usurarius: nec ex statuto motus pecunia parit pecunia. Nec ex pacto seu obligatione: nec ex facto mos mutuans ratione mutui accipit aliquid ultra sortem. Nec aliquis nomine montis contra primam rationem. Et qui oppositum asserit tanquam proteruus magis indiget sensu quam verbis. Nec ex contractu talis mutui quem facit mos cum populo vere et de iure possit aliquis conuinci esse usurarius sed magis curialis et pius contra secundam rationem. Nec forma quam tenet Mons est similis forme: quam tenent iudici et usurarii per quam conuincuntur esse usurarii contra tertiam rationem. Et qui dicunt oppositum: magis dolent de adinventione talis forme: per quam ita mirabiliter comprimitur et destruitur voracitas usuraria. Per omnia benedictus deus qui non dedit nec dabit sua benignitate hanc formam seu montem hunc in captiorem dentibus eorum: Ipsi peribunt: Mons autem permanebit: quia cum non ex hominibus sit opus hoc sed ex deo non poterunt

dissolueri. Adversarius enim eius in nomine domini qui fecit celum et terram. Auctoritates quoque adducte per ipsum aduersarium sunt gladius in manu frenetici quibus magis se ferit et securiorem reddit oppugnantes. Videntes videant et iudicent.

¶ Eiusdem questionis tertia conclusio: Officiales montis mantue non possunt excusari a peccato. ¶ Respondeo. Oppositum cum contradictorium huius conclusionis est verum ergo conclusio falsa. tenet consequentia ut supra. Antecedens patebit in responsione ad tres eius rationes quarum prima est talis. Talis contractus est illicitus et usurarius ut patet per rationes et conclusiones precedentes. ergo et cetera. ¶ Respondeo hec ratio manifeste destruitur per responsiones supra positas. Secunda eius ratio est quia est in scandalum actuum multorum. ergo et cetera. ¶ Respondeo quod non est in scandalum nisi phariseorum: sed de illis non est curandum sed sunt sinendi quia ceci sunt et duces cecorum Matth. xv. ¶ Et quod addit. seruat eandem formam quam usurarii manifesti et iudei. et cetera. ¶ Satis supra ostensum est esse falsissimum. Et quod dicit officiales petere et accipere usuram: ut usuram. Jam responsum est multociens quod nec petunt: nec accipiunt usuram ut usuram nec usuram aliquo modo det quod vult ut dicitur latratus ad lynam nihil contra veritatem proficiet: que vincit omnia: quia immunis est mos ab omni usura.

¶ Tertia eius ratio est: quia exponunt se periculo mortalis peccati cum multi viri doctissimi dicant prefatum contractum non esse immunem ab omni usuraria prauitate: sicut dominus. et cetera. ¶ Respondeo quod non exponunt se alicui periculo: quia plures sunt cum eis quam contra eos. Et mirum certe: quod ex illis multis viris doctissimis quos asserit tenere prefatum contractum non esse immunem ab omni usura: nemo hoc in scriptis redegerit que deueniunt ad lucem preter istum et quendam alium: qui quales sint: nihil mea interest pro monte autem nostro: tot et tantorum virorum errant scripta et consilia: quod qua vir



longo tempore studiosus quisque plegere posset. Verum quod omnis comparatio est odio sa omittendo insuper quod forte et sine forte non omnes illi quos nominat secuntur errores ipsius ut comptum est a fide dignis. dico quod in vniuersitate perusina sunt viri ingenio doctrina: et virtutibus preediti: quorum auctoritate et fauore contractus montis nostri celebratur et in dies magis suscipit incrementa. Quid (ut de alijs taceam) dicam de famosissimo gymnasio patauino: in quo iura tam ciuilia quam pontificia vigent et abundant theologij viri doctissimi. Pontifex iuris vtriusque professor egregius timoratus et pius: Videant aduersarij montis pietatis et confundantur et tegentes facies superponant digito ori: quanta celebritate: quanta honorificentia: quanta rerum copia contractus hunc illa ciuitas prosequatur. Senatus venetus toto orbe admirabilis et celeberrimus montem hunc laudat colit: protegit. Ianuenses. Parmenses. Saonens. Papien. Placentini et complures alie ciuitates proborum et eruditum virorum numerositate referte: erectum pietatis montem bono animo lecta factie et pecuniarum affluentia complectuntur. Nec pretereunda est studiorum mater bononia que summo alumnorum suorum consensu tantum huic contractui detulit quantum iustissimo piissimo: et sanctissimo. Et quibus alicubi iualescente cupiditate frigerente charitate quemadmodum et cetera pietatis opera: mons ipse defecerit semper tamen in summa laude honore et veneratione sua promerente integritate habitus est: ut veridice faterentur pietate allatum iniquitate sublatum. Taceo nomina iur. v. pitorum diuersi status. Theologorum varia professione degentium: qui non verbis tantum: sed scriptis sigillorum auctoritate munitis huius montis iustitie et sanctitati fidele audenter perhibent testimonium. Magna profecto sunt hec: et omni acceptione digna: Attamen maius his omnibus testimonium habet mons noster testimonium videlicet sacrosancte sedis apostolice: ad quam in dubijs et arduis maxime que concernunt fidem et bonos mores recurrendum est di. xi. palam. di. xij. preceptis. et c. per venerabilem qui fi.

fiat legi. et c. maiores de bap. et eius est. Que in omnibus tanquam magistra sequenda est di. xij. c. i. et se. di. xij. omnes in fi. Et quod illa approbat: nos approbare debemus et quod illa reprobat: di. xij. c. Si romanoz. Et. xiiij. q. i. hec est fides in. ter. et in glo. Et qui sentit contra eam vel loquitur: hereticus reputatur. di. xij. c. nulli. et. xij. di. c. omnes et. d. c. hec est fides. xiiij. q. i. Extant littere cum plumbino Pauli secundi comprobantes montem perusinum firti. quarti comprobantes montem saonen. Inno. viij. comprobantes montem mantuanum: in quibus etiam fit mentio de litteris Pauli secundi et Sixti quarti. Extant littere eiusdem Inno. viij. comprobantes montem parmensis: qui omnes sunt eiusdem forme in substantialibus. Extant littere ipsius Inno. viij. sub annulo piscatoris directe ad. v. electum Mantuanum: in quibus fit mentio de approbatione confirmatione et roboratione ipsius montis mantuani. et datur indulgentia plenaria in articulo mortis porrigentibus manus adiutrices ad augmentum eius. Extat breue piij secundi pro monte ciuitatis vibuetane cum indulgentia plenaria per decennium. Quis igitur tam infans: qui versetur in dubium. An ille contractus omni cura studio et amore suscipiendus sit: quem tot humanarum diuinarumque legum criminij professores. Tot viri virtutibus preediti: pietate insignes celebres sanctitate: tot collegia vniuerso orbe clarissima frustra circulantibus emulis predicant: reuentur amplectuntur: Quis tam vecors et parum (ut ita dicam) catholicus qui hesitet contractum illum esse usurarium seu suspectum: quem sedes apostolica suis assertionibus confirmationibus et roborationibus declarat iustissimum piissimum atque sanctissimum eius detractores excommunicationis late sententie iaculo feriendo. eius fautores et benefactores spiritualium charismatum beneficijs condonando: Legantur attente littere apostolice ut supra. Et sic per error desuetandus conclusionis aduersae: quia presidentes et officiales montis Mantuani: non solum possunt et debent excusari a peccato: sed etiam summo opere commendari. Tum quod talis contra

crus est licitus iustus et sanctus contra primam rationem suam. Tum quia est in edificatione non scandalum actuum honorum et simplicium: sed tantum phariseorum et malignantium de quibus non est curandum: nec habet seu pretendit speciem mali: sed misericordie et pietatis contra secundam rationem. Tum quia celebrantes seu fauores huic contractui nulli se exponunt periculo: cum non inuitantur sensui proprio: sed habeant pro se rationes incerpugnabiles dicta scriptura. et exempla sanctorum. Theologorum. Iuristarum. collegiorum. vniuersitatum. et. ut supra. Postremo quod obstruit os loquentium iniqua: approbationem multiplicem confirmationem roborationem sacrosancte sedis apostolice: quam sequi in oibus tutissimum est. Et ideo tenent certum: et dimitunt incertum contra tertiam rationem. Auctoritates igitur adduce et canones et censure cle. ex graui de usur. super usurarios et fautores eorum et diuina maledictio super usurarios et exprefas quas palatas: quas vtrinam tanto studio insequerentur: qui pretendunt speciem pietatis suis dannatis mendacijs extenuare. Deus qui est scrutator renum et cordium reddet unicuique secundum opera sua. Adons autem pietatis qui est malcus conteres usurarios cum usuris benedictus coram deo et ecclesia sua sancta et triumphante et militante. Extollant igitur omnes montem nostrum foueant protegant: ne euz mordentes. Omnipotentis dei et beatorum Petri et Pauli apostolorum eius et summi Pont. vicarij ipsius christi indignationem incurrat. Quin potius eius augmento bono animo intendentes dei ac sedis apostolice gratia indulgentiam plenariam consequi valeant in extremis. Prestante ipso pietatis auctore: qui viuit et regnat deus in trinitate perfecta per infinita secula seculorum. Amen.

Et predictis inferuntur aliqua corolaria.

Primum corolarium. Adons mantuanus gratis mutuat pauperibus. Et qui assentit oppositum ignorans est: vel maliuolus et litigiosus: et forte vtrumque: quia excecavit eum malicia.

Secundum corolarium. Affirmare tales

montem cum suis capitulis esse iustum et sanctum: et a spiritu sancto inspiratum est humilis confessio veritatis et grata recognitio diuine illustrationis: et pietati fidei christiane optime consentaneum.

Tertium corolarium. Presidentes montis Mantuani laudandi sunt: et maxime merentur apud deum: qui gratis et amore dei impendant operas in isto contractu pietatis gerentes vtiliter negocia miserabilium personarum sola spe remunerationis eterne dum modo alia sint in statu merendi et non pfunctorie res agatur. Alios etiam officiales qui locant operas suas pro mercede temporali in hoc contractu iustissimo: nihil prohibet mereri: dum modo sint in statu merendi: et ipsam mercedem ordinent ad aliquod bonum finem.

Quartum corolarium. Dicens montem pietatis Mantuanum esse usurarium: nimis inuitur proprio sensui: ideo est temerarius et presumptuosus.

Quintum corolarium. Affirmans predicans seu dogmatizans montem mantuanum esse usurarium peccat mortaliter et est excommunicatus: nec potest absolui nisi a persona Romani pontificis: preterquam in articulo mortis. et. ut in bulla apostolica. Et iterum ab omnibus vitandus est: nec est dicendum ei aue: quia qui dicunt ei aue comunicat operibus eius indignis.

Sextum corolarium. Affirmans: predicans seu dogmatizans montem mantuanum esse usurarium reddit se suspectum de heresi. hec duo corolaria intelliguntur de illis quibus innotuerunt littere apostolice vel potuerunt innotuisse si voluissent.

Septimum et vltimum corolarium. Non est dubitandum: nec tanquam dubium pertractandum apud catholicos. An mons pietatis mantue sit iustus pius et sanctus sed tanquam firmum et certum tenendum confitendum et predicandum.



Postremo perscrutandum est vtrum responsiones ad argumenta pro monte facientia euacuent illa: nec ne sed quia ille multa adducit: ut impleat



codicem: que parum vel nihil ad rem perti-
nent: illas tantum in quibus omnes vires
ostendit: quibus tota eius confidentia innitit
quibus se victorem euadere arbitratur: con-
terere et ad nihilum deducere satis erit.

¶ Primum argumentum seu ratio talis est.
Officiales montis in contractu mutui pos-
sunt licite et iuste locare operas suas: ergo li-
cite et iuste possunt accipere mercedem suam
ab his quibus locant vel ab alijs nomine
ipsorum.

¶ Ad hoc argumentum irrefragabile re-
spondet aduersarius negando antecedens
Et per maiori noticia dicit quod aliud est acci-
pere aliquid pro locatione operarum et domo-
rum absolute et extra contractum mutui etiam
aliud est accipere aliquid ratione mutui: vel
ratione alicuius sibi vniuersaliter vel regu-
lariter vel inseparabiliter annexi: quod primum est
licitum secundum non. Certe ista destructio
magis videtur facere ad maiorem noticiaz
sui erroris: quam propositi. Quapropter igitur ab eo
An dicat quod aliud est accipere precium loca-
tionis aliud accipere aliquid ratione mutui: si
sic nihil ad propositum. An dicat quod aliud est ac-
cipere mercedem locationis: quando loca-
tio non concurrat cum mutuo. Aliud quan-
do concurrat cum mutuo: quia primum li-
cet secundum non. Hoc vltimum vult in-
ferre: licet aperte non audeat propter enor-
mitatem dicit: Ideo paliat verbis obscu-
ris: scilicet ratione alicuius sibi naturaliter
vel regulariter: vel inseparabiliter annexi:
Que verba sic et multa alia: et pene omnia
in hac questionum et in questione magna
mendicavit a nescio quo prioris tractatus
huius tractatus concinator: quibus se cre-
dit euadere. Sed mirum valde vnde hec
additio ratione alicuius annexi: et cetera. vt
patet. Nec ipsi probant necessitatem hu-
ius additi aliqua ratione vel auctoritate: nec
declarant quid sit illud naturaliter anne-
rum vel regulariter: vel inseparabiliter: et
quid est esse naturaliter annexum. et cetera: et
quare talis annexio inducit usuram. Que
omnia si sciissent: debuerat expressisse. Ad
distinctionem ergo illam sustinendo an-
tecedens nostrum. **¶** Respondeo: quod siue lo-

catio consequatur mutuum: vel coniunga-
tur mutuo siue sepetur a mutuo: semper lo-
catio est locatio. Nec per talem consecutio-
nem seu conuersionem variatur ratio forma-
lis locationis: nec ratio formalis mutui. **¶** Mu-
tuum enim absque locatione est mutuum: et
mutuum coniunctum locationi est mutuum: et
ideo vbiq; gratuitum. Et locatio coniu-
cta mutuo: est locatio: et locatio sepe a mu-
tuo est locatio: et per consequens hic et ibi
mercenaria. Cum ergo ex tali coniunctione
non varietur eius ratio formalis: quicquid
operatur non concurrente mutuo: operatur
et illo concurrente: quia ratio formalis est
principium operandi secundum philosopha-
tes et theologizantes. Ad illud consequens
quod infert: quia pari ratione sequeretur quod
usurarij manifesti: et non manifesti possent:
ratione operarum aliquid accipere ultra for-
tem: quod ipse videt maxime formidandum.
¶ Respondeo: quod est de numero illorum de
quibus ps ait. Illi trepidauerunt: vbi non erat
timor. Nos autem audenter concedimus:
vt dictum est supra: quod si nihil ultra fortem
acciperent ratione mutui: sed tantum mer-
cedem iuste correspondentem operis et expen-
sis: et nihil ultra non essent usurarij. Et mi-
randum valde: quod hi qui existimant se esse
aliquid non vereantur talia loqui sine ali-
qua ratione: immo contra omnem ratio-
nem et experientiam. Quotidie tabelliones.
cursores naute. baiuli. et ceteri locant ope-
ras suas in contractibus mutui: et nemo il-
los vel eos qui mutant damnat de usura
nec etiam aduersarij. Et quid ergo danant
officiales montis: qui pariformiter locant
operas suas in contractu mutui. vel ciues
aut communitatem gratis mutantem. Au-
ferant velamen a corde suo: et sic iudicent.
Dicet forte. licet contractus mutui iuste pos-
sit concurrere cum locatione: quando alius
mutuat: alius locat: Non tamen quando
idem mutuat et locat. **¶** Respondeo Aristo.
secundo phisicorum et quinto methaphisice
dicit quod contingit medicum sanare seipsum
quando est egrotus. Nec egritudo in medi-
co variat rationem formalem medicine in
eo magis quam egritudo in altero. **¶** Ideo

sicut potest alterum sanare: ita seipsum sic
ergo medicus recipit sanitatem: non in qua-
tum medicus: sed in quantum egrotus: sed
sanat se in quantum egrotus sed in quan-
tum medicus. Accidit ergo medico sic egro-
tus: et egrotus quod sit medicus: et medicina non
variat rationem formalem egritudinis: nec
e conuerso: licet in eo concurrant. Eodem
modo dicendum est de mutuate et locan-
te. Nec enim mutui datio variat rationem
locationis: nec locatio variat rationem mu-
tui. Si ergo in quantum mutuat est gra-
tiosus: in quantum locans mercenarius:
nullum sequitur inconueniens. Quid enim
prohibet nauam mutantem triticum: vi-
num vel oleum conduct ad navigandum: et
pro nauo predictorum recipere mercedem
suam? Neque enim deterioris conditionis
efficitur: quia mutuat: quam ante mutuum
fuerat. Ista adeo trita sunt et communia. vt
nemo sane mentis ea nesciat. In monte ta-
men nostro alij mutant alij locant: vt cui-
det omnibus: qui oculos habent et vident.
Ideo antecedens argumenti nostri fixum
permanet et immobile. Distinctio aduersa-
rij assumit falsum. Sed quod in natura mu-
tui includatur locatio: seu quod sequella: aut
conuersione locationis cum mutuo variat ra-
tionem formalem mutui: vel e conuerso que
omnia sunt absurda: ideo tanquam puluis
ante faciem venti. Quare. etc.

¶ Secundum argumentum seu ratio pro
monte. Licet vnicuique in contractibus se
seruare indemnum: ergo monti mantue: vel
communitati mantuani licet se seruare in-
demnum. **¶** Ad hoc argumentum inuinci-
bile respondet aduersarius: Quod si mons
non vult dannificari: debet pecuniam sibi
reseruare et cetera. Ad hanc responsionem
ommissis pluribus canonibus asserentibus
antecedens: respondeat. Seco. qui in. iij. di.
xv. q. ij. dicit: quod licet ratione interesse acci-
pere aliquid ultra fortem in contractu mutui.
Similiter sanctus Tho. in 2a se. q. lxxij. ar.
ij. ad vltimum et ar. iij. in corpore. q. 2. q. lxx-
viii. ar. ij. ad primum qui dicit quod licet paci-
fici in contractu mutui pro interesse: tamen da-
ni emergentis: quam lucri cessantis: quam

uis aliter et aliter. Concordant omnes tam
theologi quam canonisse. Quare ergo non
debent si volunt vitare interesse: retineant
pecuniam suam: et non quod pacifcantur: vel
possint pacisci pro interesse vitando? Qua-
re in. q. de malo. q. xij. ar. iij. ad decimum
quartum sanctus Tho. dicit: quod ille qui mu-
tuauit debuit sibi cauisse: ne damnum incur-
reret: et non dixit debuit retinuisse pecuni-
am suam? Certe ideo qui mutuat proximo
et vult seruari indemnis non facit misericor-
diam viciatam: A fortiori mons noster: qui
nihil aliud querit: nisi re habere sortem su-
am integram pacificam: sine litibus et ex-
pensis: quod est valde consonum iustitie et
pietati. **¶** Responso ergo sua que conce-
dit antecedens et negat consequentiam: ostendit
ignorantiam legis consequentie.

¶ Tertium argumentum. Dans aliquid
ultra sortem mutuatam voluntarie dat: quod
nullus cogit eum ad hoc. Cum ergo possit
transfere dominium rei sue in alium si tras-
fert: mutant non habet alienum: ergo nec
officiales montis. **¶** Respondeo istud ar-
gumentum non est nostrum: sed usurario-
rum. **¶** Ideo vadat vias suas: cum sua re-
sponso.

¶ Quartum argumentum. Illa pecunia
data ultra sortem mutuatam: non perue-
nit in dominium presidentium: sed officiali-
um. ergo licite possunt officiales accipere
qui operas locant.

¶ Quintum argumentum. Illa pecunia so-
luta non venit in utilitatem presidentium:
nec montis. ergo et cetera. **¶** Respondeo
ista duo argumenta parum ponderanda
sunt: nec sunt argumenta fautorum mon-
tis: ideo cum suis responsionibus transe-
ant. Ex dictis tamen et dicendis intelli-
gi potest in cuius dominium: et quomodo pue-
niat pecunia ultra sortem.

¶ Sextum argumentum quod optime suo telo
deicit aduersarium. Si contractus mutui
de quo est sermo esset usurarius: quia offi-
ciales montis accipiunt solutionem suarum
operarum a pauperibus mutuum accipien-
tibus. ergo eadem ratione esset usurarius: si of-



ficiales montis acciperent solutionem suarum operarum a communitate seu de bonis communibus vel ab alijs qui non mutantur: Sed per aduersarios: si communitas solueret: non esset contractus usurarius. ergo nec si illi qui mutuum accipiunt soluant: est contractus usurarius. Ad hoc argumentum respondet aduersarius: negando consequentiam dicens: q non est simile: quia aliud est communitatem conducere officiales et satisfacere eis de operibus suis: et aliud est statuere q pauperes soluant ad rationem duorum denariorum pro libra: quia primum licet secundum non. Ista responsio nulla est: ideo stat argumentum. Quod dicit: non est simile. Et respondeo q idem est et valde simile communitatem seu presidentes conducere operarios vel officiales et eis solvere et adducere officiales et mandare alijs q mandari possunt et debent: vt soluant. Exemplum. Archiepiscopus dominus mantue conducit vicarios in oppidis suis et mandat populis sibi subditis: vt eis soluant. Idem est et simile ac si ipsemet eis solueret ex quo ipse potest et debet sic mandare. Ad propositum presidentes conducunt officiales et mandant populo: qui mutuum accipit: cui mandare possunt auctoritate principis et debent: q talis conductio est in beneficium ipsius populi: vt soluant non ratione mutui: vt vociferatur aduersarius: sed ratione operarum et expensarum. Et hoc proportionabiliter secundum q dictum est supra contra tertiam rationem conclusionis secunde. Et sic patet: q est simile et multum simile. Consequentia autem declaratur hoc modo. Officiales montis recipientes a pauperibus. Aut recipiunt ratione vsus pecunie eis mutuate: et dilationis temporis: aut ratione operarum. primum datur ab aduersario. s. q ratione vsus pecunie. Tunc arguo sic. Quicumq in mutuo accipit aliquid ultra sortem ratione pecunie mutuate et dilationis temporis est usurarius a quocunq illud accipiat quia nihil facit ad vsuram: q accipiat ab illo: qui accipit mutuum: vel ab alio. dum modo accipiat ultra sortem ratione mutui ex diffinitione vsure. Patet quia alias vnus non posset solue-

re vsuras pro alio: Sed officialis montis per aduersarium accipit aliquid ultra sortem ratione pecunie mutuate et dilationis temporis. ergo sunt usurarii a quocunq illud accipiant. Quomodo enim gratis mutant si accipiunt ultra sortem a communitate: nihil enim usurario si illud quod accipit a paupere daretur sibi a diuite vt patet. Si ergo sunt usurarii: quia accipiunt a pauperibus: ergo etiam erunt usurarii accipiendo a communitate: vel de bonis communibus. Nisi velit dicere: q paupertas det formam contractui usurario: quod non est asserendum: quia tunc accipiens ultra sortem ratione mutui a diuite non esset usurarius contra veritatem et sententiam omnium sane mentis. Et sic officiales montis vt alias vincentini. quos ipse commendat erunt usurarii quia accipiunt ultra sortem a communitate: et per consequens mons vincentinus non mutuat gratis pauperibus: cuius oppositum sepe clamat aduersarius. Et ex hoc patet vis inuincibilis consequentie nostre. Sed dicit aduersarius. Officiales montis vincentini non accipiunt ratione vsus pecunie: vel dilationis temporis: sed ratione operarum et expensarum: secundum tarationem presidentum. Et similiter facerent officiales montis mantue: si acciperent a communitate. Ista est fugabazanoz. Quare ergo non ita possumus dicere nunc q officiales montis mantuani nihil accipiunt ab accipientibus mutuum ratione vsus pecunie: vel dilationis temporis sed tantum ratione operarum et expensarum: cum non plus accipiant: sed solum tantum quantum acciperent a communitate si communitas solueret habent enim statuta salaria et expensas: ultra que nihil debent accipere. Examinentur diligenter capitula montis. Videtur igitur sine ratione dictum: q si communitas soluat non sint usurarii: si pauperes vel mutuum accipientes soluant sint usurarii. Cum tantum et non plus: et eadem ratione soluant mutuum accipientes: quantum et qua ratione solueret ipsa communitas: scilicet propter operas et expensas. vel ergo faciant illos usurarios: vel hos non ac-

cusent. Non audent primum: vt quid secundum. Preterea et de directo ad caput aduersarii. Non licet ex mutuo seu ratione mutui: nec ratione alicuius sibi naturaliter regulariter et inseparabiliter annexi accipere aliquid ultra sortem: nec per se: nec per alium secundum hactorem aduersarii: alias esset vsura: sed non videtur q officiales montis vincentini recipiant id quod recipiunt a communitate: nisi vel ratione mutui: vel ratione alicuius annexi mutuo naturaliter regulariter et inseparabiliter: quemadmodum et officiales montis mantue. ergo si isti sunt usurarii: quia recipiunt ultra sortem: ratione saltem alicuius annexi mutuo secundum aduersarium: et illi erunt usurarii: quia recipiunt eadem ratione: hec ratio maxime viget et distinctione aduersarii in responsione ad argumentum primum. Que si aliquid valet: ita facit usurarios eos qui recipiunt a communitate: sicut eos qui recipiunt a mutuatarijs. Sed si pro: quia: ad nihilum valet nisi vt mittatur foras et conulectur ab hominibus: sicut non contra illos: Ita nec contra istos obtinet. Quare. Et.

Septimum argumentum. In contractu mutui due persone concurrunt: scilicet debitoris et creditoris: sed creditor potest si vult dimittere de eo quod sibi debetur: ergo et debitor potest amplius soluere quam debet si vult. Sic est in proposito. ergo. Et.

Octauum argumentum. Illud ad quod homines se obligant: licite potest ab eis exigi ab his quibus se obligant: sed illi qui mutantur obligant se ad soluendum vnum vel duos ipsis officialibus: ergo officiales licite possunt exigere. ergo. Et. Respondeo. Ista duo argumenta sunt in fauorem usurarum: quibus iste pauper homo libenter vellet immiscere montem nostrum si sciret et valeret: sed quia nec scit nec valet: ideo argumenta cum suis responsionibus sibi: quia nihil ad contractum nostrum.

Nonum argumentum. Extant consilia multorum doctorum: q talis contractus montis nostri est licitus. ergo est licitus per locum ab auctoritate. Ad hoc argumentum

Respondet aduersarius montis: q declarationes et determinationes eorum que respiciunt ius diuinum: quo ad diffinitiones specificationes et huiusmodi spectant ad theologos: et in his canonice debent recurrere ad eos. Et ex hoc infert: q cum vsura sit contra ius diuinum determinatio de vsuris: quantum ad diffinitiones: specificationes et huiusmodi pertinet ad theologos s. s. Tho. et d. Antonium de butrio. Et ideo in his canonice debet recurrere ad eos. Ista responsio non euacuat argumentum nostrum immo confirmat: quia cum multi celebres et preclari doctores sacre theologie diuersorum ordinum asserant constanter priuatim publice verbis scriptis que possunt ostendi ad oculos: hunc montem esse iustum et sanctum: et penitus alienum ab omni vsura. ergo ita est: per locum ab auctoritate affirmatiue. Antecedens patet supra in confutatione tertie rationis tertie conclusionis. sed quia tota vis argumenti sui tendit contra iuristas seu legistas: de quibus dicit: q si extant aliqua consilia: per quoscunq legistas in fauorem huius montis affirmantia licitum esse accipere duos denarios vel vnus a mutuatarijs pro mercede officialium: eis fides minime est adhibenda. Respondeo pro eis: q iuriste siue legiste: habent multos canones et leges fundatas super ius nature et ius diuinum: vt patet titulo de vsuris auctoritate Augustini. Ambrosij. et Hieronymi et aliorum theologorum in decretis: quibus tanquam regulis auctenticis: firmis et infallibilibus. bene possunt iudicare de contractibus: an sint usurarii: an non. patet discurrenti decretum et decretales. Et. Ideo eorum decisiones et consilia non sunt impudenter sprendenda: seu abiicienda: Maxime cum ordinarij ciuitatum in spiritualibus qui ponuntur iudices competentes in causis usurarum: secundum communiter doctores precipue vbi est questio de prohibito vel concesso: non tantum de soluto: vel non soluto sint canonice: et multi viri prestatissimi huius professionis existant: qui super materia usurarum copiose et eleganter scripserunt



quorum sententijs ea fides adhibetur apud vniuersitates: et ipsam romanam curiam que eruditissimorum et optimorum. Quam ob rem si extant consilia per huiusmodi pro fessores: quos et ingenij vis: et diuturna exercitatio reddidit clariores in fauorem huius montis affirmantia: et sit licitum officialibus seruientibus in contractu mutui accipere mercedem laborum suorum ab ipsis accipientibus mutuum maxima fides eis est adhibenda. Tum quia hoc consonat iuri naturali diuino: et humano: quod dicit. Dignus est mercenarius mercede sua. Tum quia ut patet intelligenti: Diffinitio vsure huic non obstat: sed fauet: que ponit vsuram in contractu mutui et non locationis. Cum ergo inter officiales et eos qui mutantur non versetur contractus mutui. quod non capit ruditas aduersarij inter eos non erit usura. Dicere ergo. Officiales accipientes mercedem locationis accipere vsuram ut vsuram siue vsuram: est confidentia clamoris et pertinacia. Tum quia nihil prohibet tales viros de quibus dictus est de huiusmodi contractibus iudicare: immo illi ut in pluribus super talia constituuntur iudices ordinarij ut supra. Tum quia mons iste nullam habet speciem mali: nisi in oculis malignantium de quibus non est curandum. Tum quia est molestus iudeis et claudit portas vsurarijs. Et hoc signum: quia iudei et vsurarij et eorum fautores precio precibus clamoribus: et fraudibus non cessant persequi hunc montem. Et nisi quod dominus adiuuit eum pressus iniquitate aduersantium corruisset. Sed si dominus pro eo quis contra eum: si quis autem miretur: quod quidam tanta iustitia et pietate adeo offendantur: ut dent gemitus parturientium notet apostolum dicentem. Christi bonus odor sumus deo: alijs odor vite ad vitam: alijs odor mortis in mortem: Quod autem ait. Videant qui talia ponunt consilia et examinent dicta sanctorum Augustini Ambrosij. Hieronymi Gregorij Thome Alexandri de ales. et cetera. Videant sacros canones: et querant diligenter. et cetera. Respondeo. Tales viri

non sunt precipites in ferendis sententijs et consilijs edendis sic ut aduersarij non habent inuidia sed emulatores sunt veritatis impacientes calumnie publice utilitatis cultores dicta sanctorum tenentes sacros canones non ignorantes: qui ni liquido persperissent hunc contractum consentaneum sententijs Augustini Ambrosij. Hieronymi Gregorij Thome Alexandri. et canonicis institutis nullo modo ausi fuissent pro eo tam aperte consulere subscribere sigillare. Sed nimium sibi placent emuli nostri: qui sibi persuadent solem tantum in domibus suis lumen expandere: soluz apud eos sacras litteras remansisse ceteros preter ipsos super diuinos codices dormire. Adhibebitur igitur fides illis viris idubitabilis qui multis sudoribus ieiunijs et vigilijs longa exercitatione exemplaria tam diuina quam humana nocturna manu piter et diurna versantes inter et apud doctos nomen sibi celebre vendicarunt. Calumniatores vero cum sua ignorantia: que et eos accusabit in suo statu pernicioso relinquentur.

Decimum argumentum summus pontifex confirmavit per bullam montem pietatis mantuanum cum suis capitulis. ergo est licitus et iustus. Ad hoc argumentum respondet aduersarius: quod quia usura est contra ius diuinum naturale piter et humanum ideo in ipsa per hominem dispensari non potest: nec etiam per papam. Ista responsio nulla est: quia antecedens nostrum non dicit summus pontifex dispensauit super contractu montis mantue: sed confirmavit roborauit. et cetera. Vtrum autem hec consequentia valeat. Papa approbauit seu confirmavit. ergo est iustus: Credo quod apud catholicum bene concludat. Oppositum enim consequentis cum antecedente offenderet mentes boni christiani maxime quando ex certa scientia approbauit: et est quid pertinens ad bonos mores et necessarium salutem animarum. Quod ait quod approbatum a papa si sit contra ius diuinum seu nature non est licitum. Respondeo quod non bene con-

sonant. Approbatum a papa et contra ius nature seu diuinum: imo eo quod est approbatum a papa in quantum papa et ex certa scientia presumitur a vere fidelibus imo firmiter tenetur quod non sit contrarium sed magis consentaneum iuri nature et diuino. Aliam responsionem dat aduersarius negando antecedens nostrum. scilicet summus Pontifex confirmavit montem mantuanum maxime quantum ad illud capitulum quod officiales possit accipere duos denarios pro libra singulorum mense pro solutione operarum et expensarum cum moderamine dicti capituli ibi. Ista responsionem ex tenore bulle patet esse mendacem. In bulla enim expresse continetur dictum capitulum: ubi post ordinationem electionis presidentium additur. Quod consiliarij Marchionis examinatis capitulis et ordinationibus montis mantue eorum tenorem christiane religioni consentaneum et ipsi marchioni honorificum et ciuitati utile inuenerunt. Et infra dicitur. Non nulla alia capitula et ordinationes desuper iuxta materie huiusmodi exigentiam sanctorum patrum decretis minime contraria ediderunt. Post modum. Nos igitur. et infra Ordinationes dicti montis pietatis que eisdem incolis ciuitatis et marchionatus mantuani non parum proficua esse dignoscitur plurimum in domino commendantes accipientes: ut illa nostre approbationis munimine circumscripta firmiter obseruetur. Felicitis recordationis Pauli secundi qui perusine et Sixti quarti Romanorum Pontificum qui saonensis ciuitatis montis pietatis ordinationes ac statuta per eorum litteras approbarunt vestigijs inherendo huiusmodi supplicationibus inclinati montis pietatis mantue institutionem plantationem erectionem. Et infra. Ordinationes et capitula predicta: ac in illis statuta et decreta que cumque auctoritate apostolica: ex certa scientia approbamus et confirmamus et presentis scripti patrocinio communimus. Et in litteris sub annulo piscatoris dicit papa. Adhuc pietatis persuasionibus dilecti filij Bernardini de feltro ordinis minorum in

stitutus in ciuitate Mantue: et a nobis nuper auctoritate apostolica approbatus et roboratus. Quis igitur tam insanus ut non dicam proteruus: qui notatis que supra dicuntur audeat asserere papam non confirmare montem mantue: et in speciali capitulum de duobus denarijs quod specialiter exprimitur ex dictis autem deduco antecedens formaliter sic. Aut papa per dictas litteras confirmavit montem Mantuanum: aut reprobauit. Aut nec confirmavit nec reprobauit. Diuisio est sufficiens. Si detur primum sicut et dandum est bene est et habetur intentum. Si detur vltimum quod nec confirmavit: nec reprobauit. Contra ubi est auctoritas superioris: que tam pro determinationis opportune suffragium habet tollere ambigua lites auferre. altercationes dirimere et obscura succidere quam per cultoris prouidi sarcolum extirpare vitia virtutes inserere: excessus corrigere: moresque reformare ut dicitur in proemio clementinarum. ubi consideratio cure pastoralis sollicitudinis diuinitus sibi super cunctas christiani populi nationes iniuncta: que ipsum inuigilare remedijs subiectorum eorumque periculis obuiare et scandala remouere copellitur. ut dicitur in clementina pastoralis de re iudicata ubi dominus Cardinalis zabarella recitat dictum goffredi super capitulo consultationibus de officio iudi. dele. quod papa peccat mortaliter. si denegat facere iustitiam: et si non respondet ad consultationem. Ideo concludit quod papa compellitur ex cura officij sui inuigilare remedijs subiectorum: unde contrarium faciendo peccat secundum Paulum et Irenaeum. Dicit compellitur compulsionem non precisam: sed causatiua debiti officij et affectionis concordis. Joannes de Imola cle. ubi supra. Preterea. Quare tam perniciose mentitur in perditionem animarum dicens in litteris sub annulo piscatoris. Adhuc pietatis persuasionibus dilecti filij Bernardini de feltro ordinis minorum et cetera ut supra: Et quare in eisdem imponit domino electo Mantuano ut porrigentibus manus aditricis



concedat facultatem eligendi confessorum
et cetera et plenariam indulgentiam in ar-
ticulo mortis. Si detur secundum quod scilicet
reprobauit. Contra. Vbi apparet repro-
batio. Quare si ibi est usura: non respondit
Nolumus confirmare sicut dicit Alex. ter-
tius cap. super eo. de usur. quia cum usura-
rum crimen vtriusque testamenti pagina de-
testetur: super hoc dispensationem aliquam
multo minus confirmationem posse fieri non
videmus. Quare totiens mentitus est: et tam
perniciose in exitum et perditionem tot po-
pulorum dicens. Ordinationem dicti mon-
tis plurimum in domino commendantes
et ibi. et infra. Capitula predicta ac in illis
statuta et decreta quecumque auctoritate apo-
stolica ex certa scientia approbamus et con-
firmamus. et. vt supra. Dicitur aduersa-
rius. appositus sacris canonibus non con-
traria. Esto quis sit falsus. Que sunt illa que
sacris canonibus non sunt contra et que sunt con-
traria. Si ex certa scientia approbat: que non
expressit: talia confirmamus talia reproba-
mus. vt ex responsione constaret: que tenen-
da et que reprobanda forent. Quare non di-
xit illud capitulum quo statuitur: quod paupe-
res accipientes mutuum soluant singulis
mensibus duos denarios pro libra pro mer-
cede officialium: quod expressissime ponitur
in postulatione redditu mutuum usurarium.
Ideo nolumus confirmare. Sed si mutu-
um quod est fundamentum rei est usurarium:
que capitula erunt sacris canonibus non
contraria: cum omnia capitula ibi intro-
ducta sint occasione dicti mutui. Certe sacri
canones non solum danant usuras: sed et
omnia que fauent usuris. Instrumenta. ser-
uicia famulorum locationes domorum. sta-
tuta. consilia sententias. et. vt per expressum in
iuribus sub titulo de usuris. Nulla ergo ca-
pitula: nulle ordinationes: nulla statuta seu
decreta ibi inserta confirmantur. Quare er-
go tam crudeliter mentitus est ad damna-
tionem tot animarum vt supra: et in bulla et
in litteris sub anulo piscatoris. Quare in bul-
la ferit retrahentes ab augmento dicti mo-
tus si est usurarius excommunicatione late

sententie: a qua non possit absolui. et. vt su-
pra. Dicitur capita vsua. Dicitur curue in terras ani-
me: et celestium inanes: erubescite. Confun-
dimini. Reuerimini tam impudenter oblo-
qui de illa sancta sede. ptimefcite anathema-
tis fulmen ex ea procedens scitote quia que-
cumque ligauerit super terram. et. Dicit ad-
uersarius. Non est credibile summus pon-
tifficium contradictionem paucis verbis ac
sine magna discussione voluisse determina-
re. Dicit ideo determinauit: quia magna
habita discussione: nullam ibi contradic-
tionem inuenit. Dicitur clamat. Accipere duos de-
narios vt supra. Aut est licitum: aut non. si
non est licitum. Summus pon. non potest
approbare illud quod non est licitum. si
est licitum tunc non indiget approbatione
pontificis. Dicitur dictum egregium. scripta. s.
Tho. Alexandri de ales et ceterorum docto-
rum: Aut continent falsitatem: aut verita-
tem. Si continent falsitatem papa non po-
test approbare. Si continent veritatem eius
approbatione non indigent. Quare ergo
pontiffices approbaucrunt. Ad quid capitu-
lum sancta romana ecclesia. xv. di. Respon-
debo ergo: quod illa que sunt licita et vera
indigent approbatione summi. Non. non
que faciat illa esse licita et vera: sed que de-
claret illa esse licita et vera: et det eis testi-
monium irrefragabile: vt omnes adhere-
ant sine contradictione: vt obstruatur os lo-
quentium iniqua. Sic est in proposito. Ap-
probatio enim et confirmatio montis pie-
tatis manet per summum. Non. est decla-
ratio institute illius et testimonium infringi-
bile cunctis catholicis: quod caret usuraria pra-
uitate consonat iuri nature et diuino: et non
deuiat a canonicis institutis. summus ergo
Non. dicit. Commendamus. approbamus
confirmamus. roboramus. et. Et quidam
verbosi arrogantes vbecordes vociferan-
tur. usura. usura. usura. Sed si iustum est in
conspectu dei et ecclesie catholice illos po-
tius audire quam summum Pontificem:
Iudicent christiani. Nunquid de istis di-
ctum est. Si difficile et ambiguum apud te
iudicium esse perspexeris et iudicem intra

portas tuas videris verba variari. et cetera
ibi. Que verba etiam notantur cap. qui ve-
nerabilem qui si. sint legi. An de sede apo-
stolica. Locus sententiam qui superbiens
contempserit obseruare mori precipitur. et ce-
tera. Videatur preallegatum capitulum.
Sed vbe atque iterum vbe cordibus incre-
fatis et auribus aggrauatis que non conuer-
tuntur: vt sanctur: pstant igitur tales et cum
iudeis fabulentur: nec huiusmodi horrendis
pias xpianorum aures offendat. Sed clamat
aduersari. si lz accipere duos vel vnum et.
pro mercede officialium. ergo indifferenter iu-
dei et usurarij manifesti pro locatione domo-
rum et conseruatione pignorum. et cetera li-
cite poterunt accipere duos vel vnum. Ille
est eius achilles et suorum. Sed vere achil-
les. iste est ligatus in sacco. Responsum
est supra: quod si tantum acciperent mercedem lo-
cationis. et operam. et. et nihil aliud vltra for-
tem suam non essent usurarij. Additum est
tamen quod iste contractus non esset passim
permittendus non quia sit in se peruersus:
sed ne peruersi homines ipsum peruerterent
volentes satisfacere cupiditati: que maxime
viget temporibus his. Multas quippe frau-
des facerent: si essent iudices in causa pro-
pria. Non sic est in proposito. patet supra in
responsione ad secundam rationem conclu-
sionis secunde. Posset dari exemplum de
matrimonio: quod licet sit in se bonum et san-
ctum: non tamen debet permitti passim con-
trahi: sed in facie ecclesie. Ideo ecclesia inhi-
bet matrimonia clandestina de cla. despon.
cap. cum inhibitio. Quare: quia matrimo-
nia clandestine contracta non sunt matri-
monia seu non tenent. Non: sed propter
multa pericula que possent accidere et frau-
des: que non ita accidunt in publicis. Qua-
re responsio aduersarij nulla est: et ideo stat
argumentum immobile.

Undecimum argumentum. Mutuans
non tenetur soluere expensas que fiunt in
mutuo: sed accipiens mutuum. Exemplum
de instrumento facto per notarium ad esse-
curandum mutuam: quod soluit nota-
rio ille qui mutuum accipit. Et de vectura

bladi mutuati: quam similiter soluit qui ac-
cipit non qui dat mutuum: ergo pariformi-
ter in monte accipientes mutuum tenent sol-
uere expensas et satisfacere officialibus. Istud
est argumentum nostrum. Ad hoc argu-
mentum respondet aduersarius negando
consequentiam. Si suam quam ipse fingit
scilicet ergo licet accipere duos denarios
pro libra singulo mense: propter usum pec-
unie ratione mutui: et ratione quantitatis
et ratione dilationis temporis. Ita quod usus
pecunie mutuum. quantitas. et cetera sint cau-
sa precisa solutionis. et cetera: nihil ad nos: se-
cum pugnat more frenetici: se percutiet: se
vulneret: se deiiciat: vincendo vincitur et vi-
ctor captiuatur. Spectatum admissi risum
teneatis amici. Si autem negat consequen-
tiam nostram: et dicit sic: Arguentes osten-
dere se nunquam vidisse logicam. Respon-
deo bona pace semper et venia: quod sic dicens
ostendit se non solum nunquam vidisse lo-
gicam: sed valde deficere in fundamento lo-
gice. Ideo non soluit argumentum: sed stat
immobile. Dicit ergo ipse quicquid vult cla-
met turbet aures satis dictum est a nobis quod
nec ratione mutui nec ratione usus pecu-
nie. et cetera quicquam accipiunt officiales
montis nostri: sed quicquid accipiunt: acci-
piunt tanquam mercedem laborum suorum
et expensarum. Si nolunt contradicentes in-
telligere: claudant aures: nisi forte sint de il-
lis de quibus propheta ait. Aure audien-
tis et cetera.

Duodecimum argumentum. Illi qui ser-
uant pignora merentur premium: sed offi-
ciales montis seruant pignora. ergo meren-
tur premium. Ad soluendum hoc argumen-
tum videtur aduersarius multis ambagibus
que non faciunt ad propositum scilicet de
pignoribus necessarijs ad vitam humanam
et cetera. Et ad hoc adducit multas auctori-
tates sacre scripture que implent chartam:
et nihil contra nos. Et hic sicut et alibi appa-
ret vanus labor hominis et inutilis occupa-
tio. Vbi non oportet inculcat verba. Vbi
vero oportet insistere: transit veloci pede
Aliud est enim loqui de mutuo quando est



in precepto: et aliud quando est in consilio fi-
cut et de elemosina secundum doctores.
Nec nos negamus: quin homo teneatur
quandoque mutuari etiam sine pignore et si
de iussione imo quandoque donare: si non di-
cimus reddere. Esurientium enim panis est
quam tu detines nudorum indumentum
est quod tu recludis. et cetera dicitur. xxxvij.
di. sicut bi. Nos autem sumus in mutuo vo-
luntario ad quod: scilicet homo non obliga-
tur ex vi precepti. vel in quo iuste potest pe-
tere securitatem et pignora. et cetera. Sed et con-
tra nos in hoc inuehit aduersarius dicens.
Quod et si mutuantes possunt petere pigno-
ra: non tamen possunt petere mercedem pro
manutentione seu conseruatione eorum. Tu
quia ad hoc tenentur et nemo potest licite
petere mercedem ab homine pro eo ad quod
tenetur. Tu secundo quod cedit in suam utilitatem
et securitatem cum grauamine proximi: et nemo
potest petere mercedem pro eo: quod cedit in
suam utilitatem cum grauamine proximi.
Et addit quod pari ratione iudei et alij usura-
rij possent accipere mercedem pro conser-
uatione pignorum: quod ipse valde formi-
dat: et habet pro magno inconuenienti. Ad
hoc omnia breuiter respondetur. Quod mu-
tuano in casu nostro: non solum potest pe-
tere securitatem et pignora sed etiam mer-
cedem necessariam pro tali securitate seu
pro conseruatione: vel manutentione pigno-
rum. potest enim mutuans ut ipsemet aduer-
sarius concedit petere instrumentum ma-
nu publici notarij pro securitate sua et ex pa-
cto cogere illuz qui mutuum accipit ad sol-
uendum notario. Similiter potest petere quod
pignora reponantur in loco tuto: et ibi cu-
stodiantur: et ex pacto compellere accipien-
tem mutuum ad soluendum omnia pro hoc
necessaria. Quis dubitat de hoc? Ad ratio-
nes contra. Ad primam. Nemo potest pe-
tere mercedem pro eo ad quod tenetur: sed
mutuans tenetur ad conseruationem pigno-
rum proximi cum hoc charitas exigit ergo
et cetera. Et respondeo quod minor est falsa:
quia mutuans non tenetur ad conseruatio-
nem pignorum loquendo de tentione neces-

sitatis ne hoc exigit charitas precepti: sed so-
lum perfectionis. Satis patet: quia nullum
ad illud extat preceptum. Et ad secundum.
Nemo potest petere mercedem pro illo quod
cedit in suam utilitatem cum grauamine
proximi sed mutuans accipiens pignus accipit in
suam utilitatem cum grauamine proximi. et cetera. Respon-
deo ad maiorem: quod aliquis potest petere mercedem
pro illo quod cedit in suam utilitatem: et in
grauamen alterius ab illo qui dedit sibi tale
utilitatem et tenetur subire illud grauamen:
sic est in proposito. Accipiens enim mutuū
dedit securitatem mutuanti (ut liquido patet)
et ideo debet omnia que necessaria sunt ad
illam securitatem et grauamen consequens
ad illam securitatem. Et ideo si mutuans pe-
tit: petit quod sibi debetur. Ideo nulla iniu-
stia in eo. Pro hoc facit. l. ij. ff. de no. op.
nū. Et regula. Nemo damnum facit. ff. de
regulis iuris. Et ad vltimum satis dictum
est. Illic trepidauerunt timore: vbi non erat
timor. Non enim essent usurarij: si tantum
acciperent mercedem correspondentem ope-
ris et expensis sicut ostensus est supra. Ideo
quiescat torrens adducere pro inconuenien-
ti quod in se non est inconueniens. Stat igitur
argumentum in suo robore.

Decimum tertium argumentum. Finis huius
contractus est bonus. ergo contractus lici-
tus et iustus. Et ad istud argumentum respō-
det aduersarius negando simpliciter con-
sequentiam. Et pro maiori euidencia sui er-
roris: adducit. s. Tho. 2a 2e. q. xi. articulo pri-
mo. Et ad secundum quod finis alicuius actus est
duplex: scilicet proximus et immediatus a
quo ipse actus humanus habet speciem. et
finis remotus a quo habet genus et causam.
Exemplificat de mechante ut furetur: quod ibi
ex proximo fine et obiecto est mechia habens
furtum pro causa. et cetera. Ex hoc arguit
propositum: quod cum finis proximus huius
contractus et immediatus sit lucrum sequi-
tur quod non est licitus. Ad hoc dictum est su-
pra contra primam rationem prime con-
clusionis. Quod falsum est lucrum esse fi-
nem proximum et immediatum huius con-
tractus mutui. imo etiam falsum est ipsum

esse finem remotum remotiorem vel remo-
tissimum: quia nullo modo est finis montis
quia nullo modo per montem intentum.
Adons enim siue mutuans in proposito:
nec principaliter nec secundarie intendit lu-
crum nec habet lucrum nec petit lucrum:
nec cupit lucrum: nec cogitat de lucro. Et
qui dicit oppositum dicit quod ipse non sani
esse hominis non sanus iuret hereses. Quis
autem sit finis proximus huius contractus
et immediatus a quo habet speciem et finis
remotus a quo habet genus et causam siue
finis quo et finis gratia cuius dictum est
supra contra primam rationem prime con-
clusionis. Et quomodo finis proximus et
finis remotus et remotior et remotissimus
in contractu nostro est licitus iustus et san-
ctus: et dictum philosophi primo ethico-
rum: scilicet quod ratio eorum que sunt ad fi-
nem sumitur ab ipso fine. Et secundo phi-
sophi eorum et sanctus Tho. vbi supra: et prima se-
cunde. q. i. ar. iij. facit pro nobis et contra ad-
uersarium. Vltimo addit quod ex hoc mutuo
grauantur pauperes soluendo vnum vel
duos: et sic non vere simpliciter reuoluntur
et ita credit euadere: cum sit ligatus manus
et pedes. hec additio vere puerilis est: et non
sine riso audienda. Certe secundum hoc qui
donat equum pauperi grauat eum: quia
oportet ipsum emere senem pro illo susten-
tando. Et qui donat triticum pauperi gra-
uat eum: quia oportet ipsum soluere baiulo
molenti et pistori et sic non vere simpliciter
releuat eum. Sed deus quomodo taliter ar-
guentes non absconduntur ne videantur:
vel audiantur ab hominibus. Et respon-
deo ergo quod non est de natura mutui vere
simpliciter releuat mutuatarium. Mutu-
ans enim intendit rehabere sortem suam et
ideo relinquit mutuatarium grauatum hac
obligatione. imo etiam sine vicio posset ip-
sum grauare pro interesse suo secundum
Tho. 2a 2e. q. lxxviii. ar. ij. ad primam. et Sco.
in. iij. di. xv. q. ij. et omnes. Dicitur tamen
mutuum releuare et vere releuat tamen quia
mutuans nihil petit ultra sortem tamen quod si petit
interesse maius comodum percipit mutua-

tarius de mutuo: quam sit in comodum so-
lutionis interesse secundum Tho. vbi su-
pra. In potestate enim mutuatarij est acci-
pere mutuum cum illo grauamine et in po-
testate mutuantis sine vicio grauare cum
mutuo ut patet ex dictis. Arguere ergo mu-
tuum non simpliciter releuat: ergo non re-
leuat est falsa annegatione antecedentis ad
negationem consequentis. licet ergo mutu-
um in contractu nostro non simpliciter re-
leuet ad sensum aduersarij: tamen releuat
secundum exigentiam nature mutui: et hoc
sufficit ad iustitiam eius. Non enim dici-
mus quod mutuum sit donatio: nec quod mutu-
um includat donationem eorum que accidētali-
ter secunt ad mutuū. Quare additio aduer-
sarij friuola est et argumentum infirmum immobile.
Decimum quartum argumentum et vl-
timum. Adons est compositus ex omnibus
contractibus iustis et licitis: siue omnes con-
tractus qui celebrantur in monte vel pro-
pter montem sunt iusti et liciti ut puta con-
tractus mutui locationis. pignoris innomi-
natus. et cetera quia ibi non est tantum vnus
contractus. ergo est licitus. Et ad hoc argu-
mentum respondet aduersarius negando
antecedens. Tum quia ibi est usura. Tum
quia petitur usura ut usura. Tum quod locant
operas que naturaliter sunt annexae mutuo.
Tum quia accipiunt premium pro pigno-
rum conseruatione. Tum quia multa sta-
tuta et capitula talis montis sunt illicita et
iniusta maxime per capitulum. viij. xij. xiiii.
et xvij. Igitur oppositum antecedentis. Et
addit quod non sunt multi contractus ut qui-
dam satis ignoranter dicunt: sed vnus con-
tractus simpliciter habens plures circun-
stantias: que omnes ordinantur ad tale mu-
tuum siue ad talem contractum: quo posi-
to ille circūstantie ponuntur et quo remoto
remouentur. Et notare poteris secundum
philosophum. Vbi vnum propter aliud
ibi tantum vnum. Et addit. Quod isti per
imaginationem decipiunt separantes secundum
esse realiter ea que separant secundum su-
am imaginationem: que reuera secundum
esse minime separabilia sunt: ut patet etiam



mediocriter intelligenti. Subdit etiam. Non obstat: si dicatur: quod mons est ipsa pecunia: que est res inanimata. et quod est ipsum pauperum: et quod pauperes conducunt officiales: et faciunt pactum cum eis de soluendo duos denarios. etc. Que dicit falsa et ridiculosa esse: quia si mons est ipsa pecunia: pariter banchem indeorum est pecunia si res inanimata: non potest facere capitula et statuta. si pecunia pauperum: unde habuerunt eam. Et que soluit per usum rei sue et si conducunt officiales ipsi pauperes que non eos eligunt vel deponunt ad libitum? Si fecerunt pactum de soluendo ostendatur tale pactum: si est societas: ubi est mutuus consensus. Et multas verborum annectit adeo insulse amare insipienter: ut vir equo animo vel legi possint vel audiri. Quia in re mihi videoz miram ingenij tarditatem in homine contemplari: qui leporem. ut dicitur venatur in oppido et quos incolit saltus nec sciscitatur nec cogitat. Adontem hunc insequitur: clamat detrahit et quid vel qualis sit ignorat. Quod non capit: carpit et lacerat. quod non habet pugnat quasi aerem verberans: et lassus sedet manibus vacuis vel (ut aiunt) multis repletis. fautores montis damnat et eos absque ulla ratione pro voluntate ad vulgi auram: sed bene in suam pncipem sententiam ferre proclamat: viam vsuris aperiri vociferatur et breuiter vim patiens absque ulla rubore: quicquid illi suggerit spiritus furoris eructat. Quibus si esset per singula respondendum modestiaz cepti propositi pretermittere opus esset. Ommissis igitur superfluis ad ea que in nostro ante fantastica tur absurda: respondisse sat erit. Quod ergo asserit negandum antecedens nostrum: quod ibi est usura: siue petitur usura ut usura. hoc abunde superius probatum est esse mendosum. Quod etiam opere locate sint annexa naturaliter mutuo: adest sint de natura mutui patuit esse falsum: immo nec necessario consecuntur mutuum: quia mutuum potest esse sine locatione operarum de quibus loquimur. Et positum: sed non concessio: quod sequerentur ad mutuum: non tamen va-

riarent rationem formalem mutui: ut deductum est supra in euacuatione responsionis ad primum argumentum. Quod liceat quoque accipere premium pro conseruatione pignorum patet ex euacuatione responsionis ad decimum secundum argumentum. Capitula insuper montis suam iustitiam preferunt. Et papa dicit in bulla. Non nulla alia capitula et ordinationes desuper iuxta materie huiusmodi exigentiam sanctorum patrum decretis misericordie contraria ediderunt. Quod addit non esse plures contractus: sed vnum tantum habentem plures circumstantias: que omnes ordinantur ad vnum actum: quare falsum sit: Judicent qui sensu non carent: ubi sunt differentes actus distincta obiecta diuersi fines: quomodo erit vnus contractus: Communitas transfert dominium pecunie: et petendi potestate re-tenta gratis: ad subleuationem miserabilium personarum. Officialis locat operas suas cum pacto recipiendi mercedem suam pro sui sustentatione et domesticorum: et erit adeo pinguis (ut aiunt) minerue quis ut asserat vnum esse contractum? Nunquid pecunia et opere sunt vnus: est ne idem transferre dominium et locare: Quod habet gratis cum pacto recipiendi mercedem. Quod sub sananda positio. Ad dictum philosophi ubi vnum propter aliud: ibi tantum vnum. Respondet quod locatio non est propter mutuum nisi occasionaliter: sed finaliter est propter mercedem. Locans enim finaliter intendit mercedem: et nisi speraret mercedem: non locaret. Quid enim officiali de mutuo. licet enim mons mutuetur si ipse non reciperet mercedem: non ibi exponeret operas suas: experientia teste. Non ergo exponit ille operas: ut mons mutuet: sed ut ipse premium recipiat. Non ergo locatio propter mutuum sed propter premium. Ad mutuum itaque est causa sine qua non per accidens et occasionalis illius vnus vel duorum seu premij: ut sepe dictum est. Locatio vero causa per se: Ideo non sequitur quod locatio sit mutuum: vel circumstantia mutui. Quod subdit. Quod isti decipiuntur per imaginationes sepantes se

cundum esse et realiter ea que sepant secundum imaginationem. etc. Dico quod ipse valde decipitur et euidenter: precipue in casu nostro: in quo mutuum et locatio etiam sunt separata supposito. Officialis non mutuat: sed tantum locat. Adons vero seu communitas mutuat: et non locat: Nec est probare necesse: quia patet expresse. Attamen dato quod locatio et mutuum concurrerent in eodem supposito: in separatione nulla esset deceptio: quia abstrahentium non est mendaciam. ij. philosophorum. Ratio enim formalis mutui non esset ratio formalis locationis: nec econuerso: Quod forte non capit aduersarius. De hoc etiam supra copiose. Nec id pretereundum est quod subdit. Non obstat. Si dicatur quod mons est ipsa pecunia. que est res inanimata. etc. ut supra. In quibus ostendit ignorantiam nature montis nostri. Nos igitur breuiter respondemus ad tot verba: quod mons est pecunia exposita ad mutuum a communitate: vel particularibus personis: Transit autem in dominium populi seu pauperum mediantibus presidentibus qui sunt viri electi auctoritate Archiepiscopali et papali ad gerenda negotia miserabilium personarum: quod ad hoc: ut potiri possit mutuo dicte pecunie quibus incumbit dare operam: ut pecunia talis possit haberi ab ipsis pauperibus: cum necessitas id exposcit. Cum securitate tamen et cautione quod talis pecunia in eodem potere: mensura seu valore reddatur monti tempore debito integre pacifice: sine litibus et expensis. Ad hec exequenda: ipsi presidentes: nomine pauperum quorum curam gerunt: auctoritate: ut supra: et quorum utilitatibus deserviunt: conducunt officiales: cum quibus faciunt pactum de satisfaciendo eis pro fideiussione: laboribus: et expensis ad ea que supra necessarijs: habito maturiore consilio statuunt eis certam mercedem conuenientem ad arbitrium boni viri. Demum pro dicta satisfactione fienda: imponunt collectam super videntes tali mutuo pro rata proportionabiliter secundum quod exigit equalitas iustitie distributive sicut fieri solet in alijs collectis pro communi utilitate iniunctis. Eratores huius collecte instituuntur officiales

montis tempore quo restituitur pecunia monti: vel venduntur pignora pro restitutione eius. Dictos etiam officiales deponunt: quando eis expedire videtur: nomine et auctoritate ut supra. Nec omnia habentur in capitulis et ordinationibus montis: si sane intelligantur. Ista non precipiunt vel precipere nolunt inimici montis pietatis. Ideo in ciuitate clamant usura usura. Ostendentes soliditatem suam: quam oportuit tacendo celare. Impugnent ergo si sciunt hanc impositionem collecte: quia hic iacet lepus: et non in mutuo si nesciunt obmutescant. Et dictis per quomodo pauperes habent dominium pecunie montis: et unde et quomodo conducunt officiales: et quomodo deponunt: et quomodo faciunt pactum cum eis de soluendo: et quomodo soluant: et quare: quod non pro usu rei sue: sed pro custodia et fideiussione: pro conseruatione seu maintenance pignorum pro affictu domorum: et alijs expensis ut supra. De statutis quoque montis dicendum: quod non dicuntur statuta montis: quia facta a monte: sed quia facta pro monte. Sicut statuta facta a principe: dicuntur statuta populi: quibus. sicut utitur populus vel regitur non que populus fecit. De iudeorum bancheo quod iste pauper homo libenter compat monti nostro. Respondeo quod compatio est abusiva. Iudeorum enim bancheum crescit ex mutuo: satis patet: Adons autem noster nullo modo propter mutuum seu ex mutuo suscipit incrementum experientia teste. Pudeat ergo dicere: quod in monte nostro petitur usura ut usura: vel usura aliquo modo. Erubescat asserere quod opere officialium sunt naturaliter annexa mutuo: siue de natura mutui: seu inseparabiliter. Idem de locationibus domorum. Eodem fundatur reprobare acceptionem mercedis pro conseruatione pignorum: que licita est et iusta: ut probatum est supra. Reuocatur danare capitula: que per tot prestantissimos viros totiens reuifa sunt et approbata: et per summum pontificem confirmata. non tamen sibi arrogat: ut ceteros despiciat atque condonet eos presertim: quos hec etas nostra: Tuz integritate vite: Tum excellentia doctrine laudat. extollit admiratur: horreat non



desert sacrosancte sedi apostolice: sicut de-
cet: q̄ n̄ dico disp̄savit approbavit: p̄firma-
uit. roboravit motē pietatis p̄sinum. saonē
sem. Adantuanū. Parmen. zc. eiusdem teno-
ris z ordinis in substātib⁹. Cuius appro-
batio p̄firmatio: roboratio. zc. quedā est de-
claratio apud fideles: q̄ mōs pietatis noster
nō est p̄tra ius nature: diuinū z canonicū
imō illis p̄sentaneus z p̄formis. z per p̄ns
iustus pius z sanctus: vt etiā dictū est supra
in euacuatione respōsionis ad decimū arg.
Nec nos sumus adco rudes: sicut temera-
rie nobis ascribit aduersarius: vt asseram⁹
papā posse disp̄sare p̄tra ius nature seu di-
uinū vel p̄cedere aut approbare vt fiat ma-
la: vt inde veniāt bona. Cesset iā igitur vlu-
lare vsura: vsura. vsura. via vsuris apitur: qz
in monte n̄ro nulla est vsura: nulla inigras:
nullus dolus: nec p̄ ipsūz vel p̄ ipsūz apitur
via vsuris qn̄ pot̄ claudis. Sō felices: iterū
qz felices resp̄publice: que motē hūc suscipiūt
colūt: fouēt. In his. n. iudei z vsurarij ad ni-
chilū deducūtur cines p̄seruātur pauperes
recreant: z multa tā sp̄ualia quas tēporalia
bona p̄ueniūt. Ex qbus merito mōs pieta-
tis appellatur. Expti p̄beant testimoni-
um. Desinat adducere contra nos penas in
vsurarios fautores. zc. De quibus libro. vi.
z ele. vnica de vsu. quas z tenemus z pre-
dicamus: z sepius z audentius: quam ad-
uersarij. z inimici nostri: Iudei z vsurarij
sant iudices. videat ne forte: quod absit i via
chaym abierit: z errore balaā mercede effu-
sus sit. z in contradictione chore pierit. Te-
neat opere qd̄ verbis p̄stetur. Saluet de-
terminatione ecclesie Romane obsequatur
Decreto summi p̄tificis: qui est caput eius
sibi p̄suadeat illū: qui p̄sumitur habere iura
in pectore optime nosse quid quātūue vale-
at auctoritas sibi a summo p̄tifice christo
collata. Nec temere p̄sumendum: qz exten-
dat falcē in messem alienā. In his ergo que
p̄cernunt fides z bonos mores: quod papa
approbat: ipse nō reprobet: ne se impitūz: vel
maluolū: vel etiam non catholicum sed he-
reticūz cōprobet fm̄ Hieronymūz: z habe-
tur. xxiij. q. i. hec est fides. Ademerit quo-
qz latā excoicationis sententiāz contra re-

trahentes: quouis quesito colore: directe:
vel indirecte volentes benefacere ipsi mon-
ti: z illum augere: Aqua: nequeunt absolui:
nisi a persona Romani pontificis: preterq̄
in articulo mortis: vt expresse continetur in
bulla Inno. viii. Aufferat velamen a corde
suo: Inūgat colyrio oculos suos: vt videat
vt cognita tādez veritate respiscat. Illo pre-
stante qui aperit oculos cecorum cui est glo-
ria per infinita secula seculorum Amen.



Ec habui Reuerēdissime pre-
sul in hac nostra confutatione
que responderem pro verita-
te ex sententijs canonistarum
Theologorum z sanctorūz ad-
uersus p̄niciosam temeritatem: huius que
stuncule: dannatis falso iustissimum: p̄issi-
mūz: atqz sanctissimum motē pietatis mā-
tuauum z officiales eius: Quaz excellentie
tue dicani: cuius rectissimo iudicio si qua
sunt in ea castiganda: fidenter committo:
nec non cuiuscunqz melius sentientis. In
p̄mis sacrosancte ecclesie catholice: z sedis
apostolice: cuius salutare correctioni sem-
per p̄esto sum colla submittere. Ad laudez
sanctissime trinitatis patris z filij z spiritus
sancti: z beatissime atqz immaculatissime
virginis matris dei: z Seraphici patris frā-
cisci: totiusqz celestis curie. Et exterminatio-
nem vsurariozum: z confusionem fautorūz
vilitatemqz z subleuationem pauperum.
Benedictus deus Amen.

Ex sacro cōuentu sancti Francisci Adā-
tue. xiiij. Kl. februarij. i. 497.

S J N J S.

Explicit confutatio Venerandi. P. S.
Philippi de Rotingo ordinis minorum
obseruantie: ad Reuerendissimum domi-
num. d. electum Adantuanum. In questi-
unculam aduersarij cuiusdam contra san-
ctum mentem pietatis Adantuanum. Im-
pressum Venetijs per Petrum de quarē-
gijs Bergomensē die vltimo Julij An-
no domini. i. 498.

